AB
36 : 6/1,6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

J. Horkel

3520

E. o. 138.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

GALFRIDI DE VINOSALVO

# ARS POETICA

ANTE QVINGENTOS ANNOS
CONSCRIPTA

EX QVATVOR CODICIBVS
MANVSCRIPTIS, ET FRAG-
MENTIS IMPRESSIS,
CORRECTIOR EDITA

*ET PRAELECTIONIBVS PVBLICIS
SVBSTRVCTA*

A
POLYCARPO LEYSER
I. M. ET P. DOCTORE POESEOS PROF.
IN ACADEM. IVL. ORD.

*HELMSTADII,*
LITERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,
ACAD. TYPOG.
ANNO MDCCXXIV.

1724

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

Universitäts- u. Landesbibliothek
HALLE
(SAALE)

KGL: DOM-
GYMNASIUM
ZU
MAGDEBURG.

L 213

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

# GALFRIDI DE VINO SALVO POETRIA NOVA

PAPA ſtupor mundi, ſi dixero Papa NOCENTI:
Acephalum nomen tribuam a) tibi; ſi caput addam:
Hoſtis erit metri. Nomen b) tibi vult ſimilari: c)
Nec nomen metro, nec vult tua maxima virtus,
Claudi menſura. Nihil eſt, quo metiar illam.
Tranſit menſuras hominum. Sed divide nomen.
Divide ſic nomen: IN praefer, & adde NOCENTI;
Efficiturque comes metri. d) Sic & tua virtus
Pluribus aequatur diviſa, ſed integra nulli.
Egregius ſanguis te confert BARTHOLOMAEO;
Mite cor ANDREAE; pretioſa iuventa JOHANNI;
Firma fides PETRO; perfecta ſcientia PAVLO;
Iſta ſimul nulli. Supereſt de dotibus una,
Quam nulli fas eſt attingere: Gratia linguae.
AVGVSTINE tace! LEO Papa quieſce! IOHANNES
Deſine! GREGORI ſubſiſte! Quid eloquar e) omnes?
Eſto quod in verbis aut hic, aut ille f) ſit ore
Aureus, & totus reſplendeat: os tamen eius
Eſt impar, g) orisque tui praeiudicat aurum.



a) MS. I. *tribuam nomen.* b) MS. II. *nomen metri* c) MS. I. *ſociari.* d) MS. IV. *metro.* e) MS. IV. *eloquor.* f) MS. IV. *iſte.* g) MS. I. III. IV. *Impar eſt.*

*Trans hominem totus es. Vbi corporis iſta iuventus*
*Tam grandis ſenii ? vel cordis tanta ſenectus*
*Inſita tam iuveni ? Quam mira rebellio rerum!*
*Ecce ſenex iuvenis. Fidei ſub tempore primae,*
*Cum Dominus* PETRO *praeferret amore* IOHANNEM,
*Papatu* PETRVM *voluit praeferre* IOHANNI.
*In te* PAPA *modo nova res hic* h) *accidit annis:*
PAPA*: ſenex* PETRVS*; &* PAPA*: iuventa* IOHANNIS. i)
*Suntque Tui tales, quales decuere. Relucent,*
*Et circumlucent, Papam, quaſi ſydera ſolem.*
*Tu ſolus* k) *mundo quaſi ſol. Illi quaſi ſtellae.*
*Roma quaſi coelum. Me tranſtulit Anglia Romam,*
*Tanquam de terris ad coelum. Transtulit ad Vos,* l)
*De tenebris velut ad lucem. Lux publica mundi*
*Digneris lucere mihi! Dulcisſime* m) *rerum*
*Dulce tuum partire tuo. Dare grandia ſolus:*
*Et potes, & debes, & vis, & ſcis. Quia prudens:*
*Scis; Quia clemens: Vis; Quia magnus origine: Debes;*
*Et quia Papa: Potes. Quia talis es, & quia tantus:*
*Hic mens ſubſedit,* n) *cum* o) *fecerit undique gyrum,*
*Inque ſuis dandis* TE *praetulit omnibus unum.*
*Totum poſſe ſuum* TIBI *deſtinat. Accipe, Magne,*
*Hoc opus exiguum, breve corpore, viribus amplum,*
*Si quis habet fundare domum, non currat ad actum*
*Impetuoſa manus. Intrinſeca linea cordis*

*Prae-*

h) Forte: *his.* i) MS. III. *Iohannes.* k) MS. IV. minus recte addit: *in.* l) MS. I. II. IV. minus recte: *nos.* m) MS. I. & IV. *Digniſſima.* n) MS. IV. *Subcedit.* o) MS. II. *quaſi.*

*Praemetitur opus ; ſeriemque ſub ordine certo*
*Interior praeſcribit homo ; totamque figurat*
*Ante manus cordis, quam corporis ; & ſtatus eius*
*Eſt prius Archetypus, quam ſenſilis. Ipſa* POESIS
*Spectet* p) *in hoc ſpeculo, quae lex ſit* q) *danda Poetis.*
*Non manus ad calamum praeceps ; non lingua ſit ardens*
*Ad verbum. Neutram manibus committe regendam*
*Fortunae. Sed* r) *mens diſcreta preambula facti,*
*Vt melius fortunet opus, ſuſpendat earum*
*Officium, tractetque diu de* THEMATE *ſecum.*
*Circinus interior mentis praecircinet omne*
MATERIAE *ſpatium. Certus praelimitet* s) ORDO
*Vnde prearripiat curſum ſtilus, aut ubi Gades*
*Figat. Opus totum prudens in pectoris arce* t)
*Contrahe ;* u) *ſitque prius in pectore, quam ſit in ore.*
*Mentis in arcano cum rem digeſſerit ordo,*
*Materiam* VERBIS *veniat veſtire Poeſis.*
*Quando tamen ſervire venit ſe praeparet* w) *aptam*
*Obſequio Dominae. Caveat ſibi, ne caput hirtis* x)
*Crinibus ; aut corpus pannoſa veſte ; vel ulla* y)
*Vltima diſpliceant* z) *alicunde.* a) *Nec* b) *inquinet illam,*
*Hanc poliens partem. Pars ſi qua ſedebit inepte,*
*Tota trahet* c) *ſeries ex illa parte pudorem.*



p) MS. I. II. *Spectat.* q) MS. II. *ſit lex.* r) MS. III. & IV. *Sit.* s) MS. III. *praeliminet.* t) MS. I. II. III. *arcem.* u) MS. III. *Comprime.* w) MS. IV. *praeparat.* x) MS. II. III. IV. *hyrcis.* y) MS. I. *illa.* z) MS. III. *diſpliceat* IV. *deſpiciant.*
a) MS. II. III. IV. *aliunde.* b) MS. III. *vel.* c) MS. IV. *trahit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Fel modicum totum mel amaricat. Vnica menda*
*Totalem faciem deformat. Cautius ergo*
*Conſule materiae, ne poſſit probra timere.* d)
*Carminis* Ingressvs, *quaſi verna facetus, honeſte*
*Introducat eam.* Medivm, *quaſi ſtrenuus hoſpes,*
*Hoſpitium ſolemne paret.* e) *Finis, quaſi praeco*
*Expleti curſus,* f) *ſub honore licentiet illam.*
*Omni parte ſui modus omnis carmen honoret,*
*Ne qua parte labet,* g) *ne quam patiatur eclipſim.*
*Neu* h) *ſtilus ignoret, quod* i) *ſpectat ad ordinis uſum:*
*Ecce ſequens series praeſumit ab ordine curſum.*
k) *Eſt operae primo: Quo limite debeat* Ordo
*Currere. Tum ſequens: Qua compenſare ſtatera*
Pondera, *ſi iuſte pendet ſententia. Sudor*
*Tertius: Vt corpus* Verborvm *non ſit agreſte,*
*Sed civile. Labor finalis: Vt intret in aures,*
*Et cibet auditum,* Vox *caſtigata modeſte,*
Vvltvs & Gestvs *gemino condita ſapore.*
Ordo *bifurcat iter: Nunc* l) *limite curritur* m) Artis;
*Nunc* n) *ſequitur ſtratam* Natvrae. *Linea ſtratae*
*Eſt ibi dux, ubi res, & verba, ſequuntur eundem*
*Curſum, nec ſermo declinat* o) *ab ordine rerum.*
Limite *currit opus, ſi praelocet aptior Ordo*

*Po-*

d) MS. II. III. *vereri.* e) MS. IV. *parat.* f) MS. I. II. IV. *Curſus expleti.* g) MS. IV. *labem.* h) MS. III. *Ne.* i) MS. I. II. IV. *quid.* k) Hic verſus 79. cum ſequentibus VI. aliis, non legitur in MSS. II. III. IV. l) MS. II. *cum.* III. *tum.* m) MS. II. III. IV. *nititur.* n) MS. II. III. *Tum.* o) MS. IV. *declinet.*

*Poſteriora prius, vel detrahat ipſa priora*
*Poſterius. Sed in hoc, ne* p) *poſteriora priore* q)
*Ordine tranſpoſito,* r) *nec poſteriore priora,*
*Dedecus incurrant;* s) *imo ſine lite licenter*
*Alternas ſedes capiant;* t) *& more faceto*
*Sponte ſibi cedant:* u) *Ars callida res ita vertit,*
*Vt non pervertat. Transponit, ut hoc tamen ipſo*
*Rem melius ponat. Civilior ordine recto,* w)
*Et longe prior, eſt, quamvis praepoſterus, ordo.*
*Ordinis eſt primus ſterilis, ramusque ſecundus*
*Fertilis, & mira ſuccrescit origine ramus*
*In ramos; ſolus in plures; unus in octo.*
*Circiter hanc artem fortaſſe videbitur* x) *aer*
*Nubilus; & limes ſalebroſus; & oſtia clauſa;*
*Et res nodoſa. Quae cura?* y) *Sequentia verba*
*Sunt huius* z) *morbi medici. Speculeris* a) *in illis.*
*Invenietur ibi: qua purges luce tenebras;*
*Quo pede tranſcurras ſalebras; qua clave recludas*
*Oſtia; quo digito ſolvas nodoſa. Patentem*
*Ecce viam! Ratione viae rege mentis habenas.*
*Ante fores operis pars thematis, ordine prima,*
*Expectet. Finis, praecurſor idoneus, intret*
*Primus, & anticipet ſedem, quaſi dignior hoſpes,*
*Et tanquam dominus. Finem natura locavit*
*Ordine poſtremum, ſed ei veneratio defert*



p) MS. I. III. IV. *nec.* q) MS. II. III. IV. *priori.* r) MS. I. IV. *praeſumunt.* s) MS. I. II. IV. *incurrunt.* t) MS. I. II. IV. *capiunt.* u) MS I. II. IV. *cedunt.* w) MS. IV. *primo.* x) MS. II. III. *videtur et.* IV. *vitetur et.* y) MS. I. *Quocirca.* II. III. *ſunt ergo.* z) MS. II. III. *Iſtius.* a) MS. I. *Specularis.*

*Artis, & aſſumens humilem ſupportat in altum.*
*Primus apex operis non ſolum fulget ab ipſo*
*Fine, ſed ipſius duplex eſt gloria: finis*
*Thematis, & medium. Trahit ars ab utraque facetum*
*Principium. Ludum,* b) *quaſi quaedam praeſtigiatrix.*
*Hunc* c) *facit: ut fiat res poſtera, prima; futura,*
*Praeſens; directa, tranſverſa;* d) *remota, propinqua;*
*Ruſtica ſic fiunt urbana; vetuſta, novella;* e)
*Publica, privata; nigra, candida; vilia, cara.*
*Si pars prima velit maius diffundere lumen,*
*Thematis intacta ſerie, ſententia ſumta*
*Ad ſpeciale nihil declinet. Sed caput edat*
*Altius ad quoddam generale, novoque lepore*
*Materiae formam nolit meminiſſe, ſed eius*
*Abneget in gremio, quaſi dedignata, ſedere.*
*Supra thema datum ſiſtat, ſed ſpectet ad illud*
*Recta fronte. Nihil dicat, ſed cogitet inde.*
*Hoc genus eſt triplex, ſurgens de* f) *triplice planta.*
*Plantae ſunt partes in themate: prima; ſecunda;*
*Vltima. De quarum trunco* g) *quaſi ſurculus exit;*
*Sicque ſolet gigni, tanquam de matre triformi.*
*Sed manet in latebris,* h) *&, quando vocatur, obaudit;*
*Nec* i) *ſolet ad nutus animi prodire. Superbae*
*Eſt quaſi naturae. Nec ſponte, nec omnibus, offert*
*Se. Venit invite,* k) *ubi* l) *forte venire coactus.* m)

*Hic*

b) MS. II. III. IV. *Ludit.* c) MS. II. III. *Et* IV. *Haec.* d) MS. III. minus recte: *Transverſa, directa.* e) MS. IV. *Novella, vetuſta.* f) MS. II. *ex.* g) MS. I. *trunco quarum.* h) MS. I. & II. *tenebris.* i) MS. III. IV. *Non.* k) MS. I. II. *inulte.* l) MS. I. II. III. *niſi.* m) MS. I. IV. *coacta*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Hic* n) *opus illuſtrant* PROVERBIA. *Nec minus apte*
*Prima fronte ſedent* EXEMPLA. *Sed exit utrimque*
*Idem ſplendor; & eſt diſtinctio par in utriſque;* o)
*Comparat exemplis proverbia ſola venuſtas.*
*Extulit ars ſpecies alias,* p) *ſed praetulit iſtas.*
*Plus gravitatis habent. Sunt illa priora minoris,*
*Et tenerae magis, aetatis. Maturior aetas*
*Semper in hac ſpecie. Via ſic iacet arctior; uſus*
*Aptior; ars maior; quod & arte videmus & uſu.*
*Sunt ita principii, ſtudio rimante, reperti*
*Tres rami: Finis; Medium; Proverbia; quartus*
*Exemplum. Sed & hic,* q) *ſicut penultimus, in tres*
*Creſcit. Et his octo ramis ſtilus ipſe ſuperbit.*
*Vt videant teſtes oculi, quae* r) *diximus auri:*
*Accipe fabellam, cuius pars primula Minos;* s)
*Altera mors pueri; Finis confuſio Scyllae.*
*Exorditur eam tali natura tenore:*
*Dotibus exceptis fortunae, copia quarum*
*Affluit, exundans, velut a* t) *torrente, ſerenat*
*Minois* u) *titulos alio* w) *natura nitore.* x)
*Armat enim corpus ſpeciali robore. Pingit*
*Membra nova quadam ſpecie.* y) *Simul excoquit aurum*
*Mentis, & argentum linguae. Polit* z) *omnia plene*
*Moribus. Infuſo miro dulcore venuſtas,*



*venire.* n) MS. I. III. IV. *Sic.* o) MS. II IV. *par utriusque.* p) MS. IV. *alias ſpecies.* q) MS. I. II. IV. *hoc.* r) MS. II. III. IV. *quod.* s) MS. I. II. minus recte: *minor.* t) MS. II. III. IV. *ex.* u) MS. I. II. *Minoris.* IV. *Minonis.* w) MS. I. *alios.* x) MS. I. *decore.* y) MS. III. *ſpecie quadam.* z) MS. IV. *facit.* a) MS. II. III. *reſpondet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Quanta decet Regem, reſplendet* a) *in omnibus aeque.*
*Ars a* Fine *rei ſic carminis elicit ortum:* b)
„*Seditio Scyllae Scyllam ſeduxit.* c) *Eodem*
„*Vulnere laeſa fuit, quo laeſit. Quae, quia patrem*
„*Prodidit, optatam rem perdidit. Et, quia damnum*
„*Intulit, in damno ſimili ſtetit. Vltio digna*
„*Fraudis in autorem* d) *ſimili pede fraude reverſa eſt.* e)
*Poſſumus a* Medio *talem praeſumere curſum:* f)
„*Androgei livor animum ſpeculatus, & annos,*
„*Hinc puerum videt, inde ſenem: quia mente ſenili* g)
„*Nil redolet puerile puer. Succesſibus eius*
„*Incipit eſſe miſer. Quia laus ſua tendit in altum,*
„*Ex hoc deprimitur. Quia ſic nitet, in ſua fata*
„*Nititur, & proprios animum molitur in annos.*
*Ipſi* Principio *ſedet hoc generale propinquum:*
„*Quod magis optatur, magis effluit. Omnia lapſum*
„*Spondent, & citius ſunt proſpera promta ruinae.*
„*Inſidias ponit ſemper* h) *ſors aſpera blande,*
„*Anticipatque fugam melior fortuna repente.*
*Ad medium poterit iſtud commune referri:*
„*Pesſima res Livor; Totus* i) *lethale venenum;*
„*Ad mala ſola bonus; Contra bona ſola malignus;* k)
„*Conſilium tacite praeconcipit omne malignum;*
„*Effunditque palam, quicquid concepit amarum.*
Finis *in hac verbi forma* Proverbia *format:*
„*Lex*

b) MS. II. *uſum.* c) MS. IV. *reduxit.* d) MS. IV. *actorem.* e) in MS. I. & IV. deeſt. f) MS. II. III. *formam.* g) MS. II. III. IV. minus recte: *ſenilis* h) MS. III. *ſemper ponit.* i) MS. IV. *totum.* k) MS. II. *malignans.*

„*Lex eſt aequa: dolum referire dolore; doloſum* l)
„*In caput, unde fuit egreſſus, habere regreſſum.*
PRINCIPIO *ſervit haec* EXEMPLARIS *imago:*
„*Triſtis ab incauto furit aura ſub aere laeto.*
„*Nubibus* m) *exundat* n) *aer ſub ſole ſereno.*
EXEMPLVM MEDII *ſub tali ſume figura:*
„*In ſemen iactum, terrae nutricis alumnum,*
„*Triſte malignatur lolium; naſcique volenti*
„*Obviat; & foribus praecluſis impedit* o) *ortum.*
*Sic ſumto* SIMILI *poteris praeludere* p) FINI: q)
„*Saepe ſagittantem didicit referire ſagitta,*
„*Inque reum plagae converſa recurrere plaga.*
*Principio varium dedit ars* r) *praeſcripta colorem:* s)
*Te vocat ulterior* t) *progreſſus. Dirige greſſum* u)
*Vlterius, curſumque viae, preeunte* w) *figura.*
*Curritur in bivio : Via namque vel ampla vel arcta;* x)
*Vel fluvius, vel rivus erit; Vel tractius* y) *ibis,*
*Vel curſim* z) *ſalies ; Vel rem brevitate notabis,*
*Vel longo ſermone trahes. Non absque labore*
*Sunt paſſus utriuſque viae. Si vis bene duci,*
*Te certo committe Duci. Subſcripta revolve:*
*Ipſa*

l) MS. II. III. IV. Flor. Poetar. *dolorem.* m) MS. II. III. IV. *Nubilus.* n) MS. III. IV. *exſudat.* o) MS. II. III. IV. *invidet.* p) MS. I. II. *praecludere.* q) MS. I. *finem.* r) MS. III. *dedit ars varium.* s) MS. II. III. IV. *tenorem.* t) MS. I. *ulterius.* u) MS. I. *greſſus.* w) MS. II. III. IV. *prae mente.* forte: *premente.* x) MS. III. *arcta vel ampla.* y) MS. I. II. *traccius*, IV. *traxius.* z) MS. I. II. III. *curſum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Ipſa ſtilum ducent, & utrimque decentia dicent.* a)
*Formula materiae, quaſi quaedam formula cerae,*
*Primitus eſt duri tactus.* b) *Si* c) *ſedula cura*
*Igniat ingenium, ſubito molleſcit ad ignem*
*Ingenii,* d) *ſequiturque manum, quocunque* e) *vocarit,*
*Ductilis ad quicquid. Hominis manus interioris*
*Ducit, ut amplificet, vel curtet, ſi facis amplum.*
*Hic* f) *primo procede gradu: Sententia cum ſit*
*Vnica, non uno veniat contenta paratu.*
*Sed variet veſtes, & mutatoria ſumat.*
*Sub verbis aliis praeſumta reſume. Repone*
*Pluribus in clauſis unum. Multiplice forma*
*Diſſimuletur idem. Varius ſis, &* g) *tamen idem.*
*Eſt gradus ulterior, quando, quia tranſilit* h) *aures*
*Dictio, vox curta, ſit* i) *ſermo vicarius eius.* k)
*In ſerie vocum longa, ſcrieque moroſa.*
*Longius ut ſit opus, ne ponas nomina rerum.*
*Pone notas alias. Nec plane* l) *detege, ſed rem*
*Innue per notulas. Nec ſermo perambulet* m) *in re,*
*Sed rem circueas.* n) *Longis ambagibus* o) *ambi,*
*Quae* p) *breviter dicturus eras, & tempora tardes.*
*Das* q) *ita crementum verbis, formasque loquendi.*
*Elongat cautela breves:* r) *quando breve verbum*

Ce-

a) MS. II. III. IV. *docenda docebunt.* b) MS. III. *tactus duri.* c) MS. III. IV. *ſed.* d) MS. IV. *Ingenium.* e) MS. IV. *quaecunque.* f) MS. III. IV. *Hoc.* g) MS. I. *Sed.* h) MS. IV. *tranſtulit.* i) MS. III. IV. *ſit.* k) MS. I. *illi.* l) MS. I. *plene.* m) MS. III. *preambulet.* n) MS. III. *circumeas.* o) MS. II. *ſermonibus.* p) MS. II. III. IV. *quod.* q) MS. I. II. *Des.* IV. *Dans.* r) MS. IV. *brevis.*

*Cedit, ut ipſius oratio longa ſit haeres.*
*Cum triplici clauſtro ſit res incluſa: Vel ipſo*
*Nomine; vel verbo; vel utroque. Nec explicet illam*
*Nomen; vel verbum; vel utrumque. Sed edita forma*
*Sit vice vel verbi; vel* s) *nominis; aut utriusque.*
*Tertius eſt graduum collatio, facta biformi*
*Lege: vel occulte; vel aperte. Reſpice quaedam*
*Juncta ſatis lepide. Sed quaedam ſigna revelant*
*Nodum juncturae. Collatio, quae fit aperte,*
*Se gerit in ſimili ſpecie, quam ſigna revelant.*
*Expreſſae tria ſunt haec ſigna: magis: minus; aeque.*
*Quae fit in occulto, nullo venit indice ſigno.*
*Non venit in vultu proprio, ſed diſſimulato,*
*Et* t) *quaſi non ſit ibi collatio, ſed nova quaedam*
*Inſita mirifice transſumtio, res ubi* u) *caute*
*Sic ſedet in ſerie, quaſi ſit de themate nata.*
*Sumta tamen res eſt aliunde. Sed eſſe videtur*
*Inde. Foris res eſt, nec ibi comparet. Et intus*
*Apparet, ſed ibi non eſt. Sic fluctuat intus,*
*Et foris. Hic, & ibi. Procul, & prope. Diſtat, & aſtat.*
*Hoc genus eſt plantae, quod* w) *ſi plantetur in horto*
*Materiae, tractatus erit iucundior. Hic eſt*
*Rivus fontis, ubi currit fons purior.* x) *Haec* y) *eſt*
*Formula ſubtilis iuncturae, res ubi iunctae*
*Sic coeunt, & ſic contingunt ſe,* z) *quaſi non ſint*
*Contiguae, ſed continuae. Quaſi non manus artis*
*Iunxerit, immo manus naturae. Plus habet artis*

*Hic*

s) MS. III. *Aut verbi vice ſit aut.* t) MS. IV. *ſed.* u) MS. III. *ibi.* w) MS. I. II. *quae.* x) MS. I. *pulcrior.* y) MS. III. *Hic.* z] MS. III. *ſe contingunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Hic modus. Eſt in eo longe ſolemnior uſus.*
*Latius ut curras, ſit* Apostropha *quarta morarum,*
*Qua rem detineas, & ubi* a) *ſpatieris ad horam.*
*Delecteris ea,* b) *ſine qua ſatis eſſet abundans*
*Coena. Sed egregie ſic creſcunt* c) *fercula menſae*
*Pompa dapum veniens numeroſior, & mora menſae*
*Longior,* d) *eſt ſignum ſolenne. Diutius aures*
*Paſcimus ex variis & ditius.* e) *Hic cibus auri,*
*Quando venit ſapidus, & odorifer, & pretioſus,*
*Serviat exemplum doctrinae. Certior aure*
*Arbiter eſt oculus. Nec caſus ſufficit unus.*
*Plenus erit numerus. De pleno collige plene:*
*Quam rem; qua forma; quis caſus; apoſtrophet apte.*
*Cui* f) *nimis in laetis mens ſurgit, Apoſtropha ſurge,*
*Et ſic caſtiges illum: „Cur* g) *gaudia tanta*
*„Concutiunt animum. Plauſum ſub fine modeſto*
*„Stringas, & fines eius non amplius aequo*
*„Extendas. Sed mens caſus incauta futuri*
*„Aemula ſis* h) *Iani. Retro ſpeculeris & ante,*
*„Si bene ſucceſſit. Non* i) *prima, ſed ultima ſpectes.*
*„A caſu deſcribe diem, non ſolis ab ortu.*
*„Vt ſis ad plenum ſecura, verere futura.*
*„Cum totum feciſſe putas:* k) *latet anguis in herba.*
*„Syrenes exemplar* l) *habe: Docearis in illis,*

*„Sub*

a] MS. I. IV. *ibi.* b] MS. IV. *ibi.* c] MS. I. & IV. *creſcunt ita.* d] MS. II. III. *Largior.* e] MS. I. IV. *dulcior.* f] MS. III. *Cum.* g] MS. II. *Quid.* h] MS. III. *ſit.* i] MS. III. *ne.* k) MS. I. II. *putes.* l] MS. III. *Exemplar ſyrenes.* Henr. BOORT in faſciculo morum: *Exemplo ſirenes.*

„*Sub meliore ſtatu ſemper peiora cavere.* m)
„*Nulla fides rerum. Sequitur poſt mella venenum;*
„*Et claudit nox atra diem, nebulaeque ſerenum.*
„n) *Cum ſoleant homini feliciter omnia verti,*
„*Maiori levitate ſolent adverſa reverti.*
o) *Si quem iactatrix praeſumtio durius inflet,*
*Hanc inflaturam verbis tam mollibus unge:*
„*Praecurrant greſſus* p) *oculi. Praeconſule* q) *mentem.*
„*Et vires metire tuas. Si fortis es, aude*
„*Grandia.* r) *Si fragilis, humeris impone minora.*
„*Si mediocris, ama mediocria. Sumere noli,*
„*Quae* s) *quando ſumis, praeſumis. In omnibus una*
„*Eſt virtus: ſervare modum. Memor imprime menti:*
„*Cum fueris maior, aliis te finge* t) *minorem.*
„*Et de te mentire tibi. Nec* u) *ſic in abyſſum*
„*Deiicias alios, ut* w) *te ſuper aethera tollas.* x)
„*Vincat opus verbum. Minuit iactantia famam.*
*Rebus in adverſis, ſi* y) *laxet* z) *frena timori,*
*Hac ope verborum timido ſuccurre potenti:*
„*Ne timeas. Si forte times, aſſume timentis,*
„*Non animum timidi. Quando ſubit oſtia mentis*
„*Sit timor hoſpes ibi, non incola. Diſce timere.*
„*Si timeas, ſine teſte time, mentisque timorem*

„*Igno-*

m] MS. IV. & BOORT. *caveto.* n] Hi verſus 288. 289. in MS. I. & II. minus recte ponuntur poſt verſum 301. o) Verſus 290. ---- 301. in MS. II. III. ponuntur poſt verſum 321. p] MS. I. II. IV. *Greſſus praecurrant.* q] MS. II. III. Flor. Poet. *circumſpice.* r] MS. II. IV. Flor. Poet. *fortia.* s] MS. III. *quod.* t] Fl. P. *crede.* u] MS. II. Fl. Poet. *ne.* w] MS. II. III. IV. *nec.* x] MS. II. III. IV. *ponas.* y] MS. IV. *cum.* z] MS. I. II. *laxat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Ignoret facies. Quia, ſi dolor* a) *intimus ora*
„*Carpit, & emacerat: animus iucundior hoſtem*
„*Nutrit, & impinguat, & gaudia ſuggerit illi*
„*Exſugens* b) *tua membra dolor. Conſultius ergo,*
„*Si timor incurvet mentem, ſimulatio vultum*
„*Erigat, & clypeo vultus ſuccurre timori:*
„*Vt, ſi mens timeat, facies velit ipſa timeri.* c)
„*Imo magis ſperare velis; pudeatque potentem* d)
„*Vulgari pallere metu. Si poſſibile,* e) *arctum*
„*Dilates animum. Si corpus debile, mens ſit*
„*Fortis; & exiguas vires ſupplere memento*
„*Spe grandi. Facti gravitas* f) *cuicunque volenti* g)
„*Eſt levis;* h) *Et levitas* i) *animo* k) *cuicunque rebelli* l)
„*Eſt gravis.* m) *Ergo velis, & erit leve nulla vereri.*
*Tempore ſucceſſus, iucundi tempore fati,*
*Haec* n) *potes ore loqui luctus praeſaga futuri:*
„*Anglia,* o) *regnorum Regina ſuperſtite Rege*
„*Richardo, cuius pars eſt diffuſio tanti*
„*Nominis, & mundi cui monarchia relicta*
„*Eſt ſoli, ſecura ſedes ſub remige tanto.*
„*Rex tuus eſt ſpeculum, quo te* p) *ſpeculata ſuperbis;*
„*Sydus, de cuius rutilas fulgore;* q) *Columna,*
„*Per*

a] MS. II. III. IV. Flor. Poet. *timor.* b] Flor. Poet. *Exuget.* c] MS. I. II. *vereri.* IV. *timere.* d] MS. II. III. IV. Fl. Poetar. *timentem.* e] MS. I. II. IV. *poſſe ſic.* III *poſſe ſit.* f] MS. II. III. Fl. P. *levitas.* g] MS. II. III. Fl. P. *rebelli.* h] MS. II. III. Fl. P. *Fit gravis.* i] MS. III. F. P. *gravitas.* k] MS. II. *animae.* MS. III. *facti.* l] MS. II. III. Fl. P. *volenti.* m] MS. II. III. Fl. P. *Fit levis.* n] MS. III. IV. *Hoc.* o] MS. I. *Francia.* p] MS. I. II. *tu.* q] MS. II. III. IV. *ſplendore.*

„Per quam fulta viges; Fulmen, quod mittis in hoſtes;
„Laus, qua r) pene deum pertingis culmina. Sed quid s)
„Singula? Non illo potuit feciſſe priorem,
„Nec voluit, natura parem. Sed viribus abſit
„Prorſus habere fidem: Mors eſt quae fortia vincit. t)
„Ominibus ne crede tuis, ſi tempore parvo
„Illuxere tibi. Mox ſunt clauſura ſerenum
„Turbida u) fata w) diem; ducentque crepuſcula noctem.
„Iam cito rumpetur ſpeculum, ſpeculatio cuius
„Gloria tanta tibi. x) Sidus patietur eclipſin,
„A quo ſic ſplendes. y) Nutabit rupta columna,
„Vnde trahis vires. Ceſſabit z) fulminis ictus,
„Vnde tremunt hoſtes. Et eris de principe ſerva;
„a) De domina famula. Sic ergo delitioſa
„Sordebis. Præſtans ſuberis. Secura timebis.
„Omnia laeta vale tibi ſunt dictura. Quieſcis:
„Sudabis. Rides: flebis. Diteſcis: egebis.
„Flores: marcebis. Es: vix eris. Attamen iſtud b)
„Vnde ſcies? c) Quid ages? Volucrum rimaberis aure
„Murmura; vel motus oculo; vel Apolline fata?
„Tolle mathematicos! Eſt augur ſurdus; aruſpex d)



r) MS. I. II. *quia.* s) MS. I. II. IV. *Claudam.* t) MS. II. III. IV *frangit.* u) MS. II. III. Flor. Poetar. *nubila.* w) MS. I. *facta.* x) MS. II. *fuit.* y) MS. II. III. IV. *fulges.* z) MS. I. IV. *pauſabunt.* a) Hi duo verſus 343. 344. deſunt in MS I. II. IV. b) MS. III. *illud.* c) MS. IV. *ſcias.* d) MS. III. & *auſpex.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Coecus; & ariolus amens. Praeſentia ſcire*
„*Fas homini, ſolique Deo praeſcire futura.*
„*Non habet hic patriam; Vetus ille repatriet error,*
„*Et pater erroris gentilis nutriat illum,*
„*Quem genuit, quia ſana fides a limine tollit*
„*Eccleſiae tripodas Phoebi, foliumque Sibyllae.*
„*Hoc unum praeſcire potes, quod* e) *nulla poteſtas*
„*Eſſe moroſa poteſt, quia res fortuna ſecundas*
„*Imperat eſſe breves, Si vix exempla, priores* f)
„*Reſpice fortunas. Emarcuit illa priorum* g)
„*Florida proſperitas. Minos ſubvertit Athenas.*
„*Ilion Atrides. Magnae Carthaginis arces*
„*Scipio. Sed Romam multi. Fuit alea fati,*
„*Tempore verſa brevi. Brevis eſt diſtantia laeti*
„*Ominis, & moeſti. Nox eſt vicina diei.*
„*Haec aliena docent, &* h) *te tua fata docebunt.*
*Temporibus luctus his verbis exprime luctum:*
„*Anglia,* i) *ſub clypeo regis defenſa Richardi,*
„*Indefenſa modo,* k) *geſtu teſtare dolorem.*
„*Exundent* l) *oculi lacrimas. Exterminet ora*
„*Pallor. Connodet digitos tortura. Cruentet*
„*Interiora dolor. Et verberet aethera clamor.*
„*Tota peris ex* m) *morte ſua. Mors non fuit eius,*
„*Sed tua. Non una, ſed publica, mortis origo.*
„*O Veneris lacrimoſa dies! O ſydus amarum!*
„*Illa dies tua nox fuit, & Venus illa venenum.*
„*Illa dedit* n) *vulnus. Sed peſſimus ille dierum*

„*Pri-*

e) MS. II. III. Henr. BOORT. *quia.* f) MS. IV. *priorum.* g) BOORT. *prioris.* h) MS. II. III. *ſed.* i) MS. I. II. IV. *Neuſtria.* k) MS. IV. *meo.* l) MS. II. III. *exſudent.* IV. *exudant.* m) MS. II. III. *in.* n) MS. II. III. *dies.*

„*Primus ab undeno,* o) *qui vitae vitricus, ipſum*
„*Clauſit. Vterque dies homicida tyrannide mira*
„*Traiecit.* p) *Clauſus excluſum. Tectus apertum.*
„*Providus incautum. Miles munitus inermem;*
„*Et proprium Regem. Quid miles? Perfide miles!*
„*Perfidiae miles! Pudor orbis, & unica ſordes*
„*Militiae! Miles manuum factura ſuarum!*
„*Auſus es hoc in eum ſcelus? Hoc ſcelus? iſtud* q)
*auſus?*
„*O dolor! O plus quam dolor! O mors! O truculenta*
„*Mors! Eſſes utinam mors mortua! Quid meminiſti*
„*Auſa nefas tantum? Placuit tibi tollere ſolem,*
„*Et tenebris tenebrare ſolum.* r) *Scis, quem rapuiſti?*
„*Ipſe fuit iubar in oculis; & dulcor in aure;* s)
„*Et ſtupor in mente. Scis, impia, quem rapuiſti?*
„*Ipſe fuit dominus armorum; Gloria Regum;*
„*Delitiae mundi. Nil* t) *addere noverat ultra,*
„*Ipſe* u) *fuit, quicquid potuit, natura. Sed iſtud*
„*Cauſa fuit, quare rapuiſti. Res pretioſas*
„*Eligis, & viles quaſi dedignata relinquis.*
„*Et de te, natura, queror, quia nonne fuiſti,*
„*Dum mundus puer eſſet adhuc, natusque* w) *iace-*
*ret* x)
„*In cunis, in eo ſtudioſa? Sed* y) *ante ſenectam*
„*Deſtitit hoc ſtudium. Cur ſudor tantus* z) *in orbem*



o) MS. II. *undecimo.* p) MS. IV. *transiecit.* q) MS. III *crudelis* pro *ſcelus iſtud.* r) MS. II. III. IV. *damnare diem.* s) forte: *ore.* t) MS. III. IV. *nihil.* u) MS. IV. *Ipſa.* w) MS. I. *dum nuda.* II. IV. *dum nata.* x) MS. I. II. IV. *iaceres.* y) MS. III. IV. *nec.* z) MS. III. *tantus ſudor.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*„Attulit hoc mirum, ſi tam brevis abſtulit hora*
*„Sudorem tantum? Placuit tibi tendere* a) *mundo,*
*„Et revocare manum. Dare ſic & tollere donum.*
*„Cur irritaſti mundum? Vel redde ſepultum,*
*„Vel forma ſimilem. Sed non tibi ſuppetit unde.*
*„Quicquid erat tecum, vel mirum, vel pretioſum,*
*„Huic erat impenſum. Theſauri deliciarum*
*„Hic* b) *ſunt exhauſti. Ditiſſima facta fuiſti*
*„Ex hac factura: Fieri pauperrima ſentis*
*„Ex hac iactura. Si felix ante fuiſti,*
*„Tanto plus miſera, quanto felicior ante.*
*„Si fas eſt, accuſo* c) *Deum. Deus, optime* d) *rerum,*
*„Cur hic* e) *degeneras? Cur obruis hoſtis amicum?*
*„Si recolis, pro Rege facit Ioppe tua, quam, tot*
*„Millibus oppoſitis,* f) *ſolus defendit; Et Achon*
*„Quam virtute ſua tibi reddidit;* g) *& crucis hoſtes,*
*„Quos omnes* h) *vivus* i) *ſic terruit, ut timeatur*
*„Mortuus. Ipſe fuit, ſub quo Tua tuta fuerunt.*
*„Si, Deus, es, ſicut decet eſſe, fidelis; & expers*
*„Nequitiae; iuſtus & rectus: cur minuiſti*
*„Ergo dies eius? Potuiſſes parcere mundo:*
*„Mundus egebat eo. Sed eum magis eligis eſſe*
*„Tecum, quam ſecum. Mavis ſuccurrere coelo,*
*„Quam mundo. Domine, ſi fas eſt dicere, dicam*
*„Pace Tua. Poteras* k) *feciſſe decentius iſtud,*
*„Et properaſſe minus, ſaltem dum* l) *frena dediſſet*

*„Ho-*

a) MS. I. IV. *tradere.* b) MS. I. II. IV. *Hinc.* c) MS. IV. *incuſo.* d) MS. IV. *optima.* e) MS. IV. *Sic.* f) MS. II. *oppoſitus.* g) MS. I. *tradidit.* h) MS. I. II. *Omnes quos.* i) MS. III. *unus.* k) MS. I. II. III. *Poſſes.* l) MS. III. *dum ſaltem.*

„*Hoſtibus, & facti dilatio* m) *nulla fuiſſet*.
„*Res erat in foribus. Tunc poſſet honeſtius ire,*
„*Et remanere Tibi. Sed in hac re* n) *ſcire dediſti:*
„*Quam brevis eſt riſus, quam longa eſt* o) *lacrima*
*mundi!*

*Contra ridiculos ſi vis inſurgere plene*
*Surge ſub* p) *hac forma.* q) *Lauda, ſed ridiculoſe.*
*Argue, ſed lepide. Gere te, ſed in omnibus apte.*
*Sermo tuus dentes habeat. Mordaciter illos*
*Tange. Sed irriſor* r) *geſtus plus mordeat ore.*
„*Ecce! quod in tenebris latuit, plus* s) *luce patebit.*
„*Strenua res agitur. Pueri tolluntur in altum,*
„*Et fiunt domini.*„ *Moveat dominatio riſum.*
„*Iam ſedet egregie* t) *donatus* u) *honore magiſtri*
„*Aptus adhuc ferulae. Laicis autenticat* w) *illum*
„*Pileus* x) *in capite; ſpecies in veſtibus; aurum*
„*In digitis; ſedes in ſummo; plebs numeroſa*
„*In ſtudio.*„ *Ridere potes de ridiculoſo.*
*Quoddam ridiculum eſt:* y) „*Tamſe quam iudice vulgo*
„*Doctus homo eſt.* z) *Sed idem ſentis* a) *quod ſentio.*
*Quædam*
„*Simia doctorum eſt.* b) *Clam dixi, ne quis aperte* c)
„*Audiat. Ipſe tamen ſe iactitat, osque revolvens* d)
„*Mira quidem ſpondet. Omnes accurrite. Nam* e) *mons*

 „*Par-*

m) MS. I. *fati mora tunc quoque.* n) MS. III. *te.* o) in MS. III. deeſt *eſt*. MS. IV. *longaque.* p) MS. II. *& ab.* q) MS. I. II. III. *ſpecie.* r) MS. III. IV. *irriſos.* s) MS. I. II. IV. *ſub.* t) MS. III. *Hic tum & elate.* u) MS. I. *dominatur.* w) MS. II. *attenticat.* x) MS. II. III. *Pilleus.* y) in MS. IV. deeſt *eſt*. z) in MS. IV. deeſt *eſt*. a) MS. IV. *ſentit.* b) in MS. IV. deeſt *eſt*. c) MS. I. *manifeſte.* d) MS. II. III. IV. *reſolvens.* c) MS. II. III. IV. *iam.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„Parturiet, ſed erit tandem mus f) filius eius.
Praeveniens illum ſalvere iubeto magiſtrum.
Cum g) venis h) in tergum i) tranſverſum k) lumine ride;
Vel quodam roſtro manuum quaſi punge; l) Vel oris
Rictum diſtorque; Vel nares contrahe. Tales
Ad formas non ore decet, ſed naribus, uti.
Sic igitur vultum variat: m) Vel more magiſtri
Corripit errorem pravum; n) Vel ad omnia dira o)
In lacrimis planctuque ſedet; p) Vel ſurgit in iram
Contra q) grande ſcelus; r) Vel fertur ridiculoſe
Contra ridiculos. Ex talibus edita cauſis
Et decus & numerum lucratus apoſtrapha verbis.
Quinta coadiutrix, ultra protendere carmen s)
PROSOPOPEIA veni. Cui nulla potentia fandi,
Da licite fari, donetque licentia linguam.
Sic Phaetonteos tellus experta vapores
Eſt conqueſta Iovi. Sic ſparſis Roma capillis
Caeſareis inſtrepuit lacrimoſa voce ſopori.
Si placet exempli novitas, hanc accipe formam:
Vocis in hac forma ſanctae Crucis ecce querela:
„Crux ego rapta queror. Ego Crux Chriſti t) crucifixi.
„Crux ego ſancta. Salus populi. Reparatio u) mundi
„Crux ego rapta queror. Vi rapta, manuque canina.
„Et

f) MS. I. II. IV. *mus tandem.* g) MS. II. & III. *non*, IV. *nec.* h) MS. II. III. IV. *minus.* i) MS. III. IV. *a tergo.* k) MS. II. III. IV. *transverſo.* l) MS. I. *pinge.* m) MS. I. II. IV. *variat vultum.* n) MS. II. *pravus.* o) MS. II. III. IV. *dura.* p) MS. II. III. *iacet.* q) MS. II. III. IV. *Propter.* r) MS. IV. *nefas.* s) MS. II. IV. *curſum.* t) MS. II, III. IV. *ego crux.* u) MS. III. *redemptio.*

„Et tactu polluta canum. Sum rapta pudenter
„A veteri. w) Nec adhuc extorta, nec enſe redemta;
„Dic homo! Nonne tibi crevi? Tibi fructificavi?
„Nonne tuli dulcem fructum x) Tibi? nonne ſalutem?
„Dic homo! Dic mihi! Dic homo perdite, quem reparavi!
„Sicne rapi merui? ſine vindice, cuius honori y)
„Illud onus geſſi, z) quem ſic a morte redemi.
„Sicne tibi potui vileſcere? Sicne perire?
„Me tibi poſſe rapi non vis efferat hoſtis.
„Immo tuum vitium. Quia tot tua crimina vidi.
„Rapta rapi volui. Puduit minus in peregrinis,
„Quam caſtris ſordere meis. An ſordidus eſſes,
„Si mundum latuit, te, qui videt omnia, videt. a)
„Eſſe tuum plene Deus intus novit & extra. b)
„Meque tibi rapuit. Iuris poſcente rigore;
„Infligenda fuit gravis ultio, mors ſine fine.
„Sed, veniet, c) miſeratur ait, miſeris miſereri,
„Non de iudicio contendere. Parcere venit, d)
„Non punire. Cave! Reſipiſce! Revertere tandem,
„Ne pereas, Sunamitis! Ego, ſi verteris, ad te
„Vertar, & inſtanter ad corda reverſa revertar.
„Quid dormis? Vigila! Te citat & e) excitat hora.
„Surge cito! Propera! f) Si te crux ſancta redemit,



w) MS. III. *veteris.* x) MS. III. IV. *fructum dulcem.* y) MS. III. *honore.* z) MS. II. III. IV. *vexi.* a) MS. II. III. IV. *vidit.* b) MS. I. II. IV. *& in cute novit.* c) MS. III. IV. *veni.* d) MS. I. III. IV. *veni.* e) MS. III. *citans.* f) MS. I. II. IV. *Surge cito! Propera! Te citat & excitat hora. Quid dormis? Vigila!*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Enſe crucem redimas. Et fias inde redemtor,*
„*Vnde redemtus eras. Quis ſanus ad utile torpet?*
„*In cruce ſudavit Dominus. Servusque quieſcet?*
„*Tolle tuam! Tulit ipſe ſuam. Guſtavit acetum.*
„*Fac & idem! Num* g) *maior erit reverentia ſervi,*
„*Quam domini? Si vis ſuus eſſe ſecutor, oportet*
„*Tormentis tormenta ſequi. Non itur ad aſtra*
„*Delitiis. Ideo mortem, quam ſolvere debes*
„*Naturæ, perſolve Deo. Moriaris in illo.*
„*Quandoquidem mortem non eſt vitare neceſſe,*
„*Tranſeat in formam virtutis. Sim tibi cauſa*
„*Martis, adhuc etiam mortis. Si vinceris, ex hoc*
„*Vincis. Sed vinci plus eſt, quam vincere. Victor*
„*Sola ſpe, victus fruitur mercede coronae.*
„*Rumpe moras igitur. Impone ſilentia carni.*
„*Delicias ſupende tuas. Et currat* h) *ad arma*
„*Promta manus. Plangatque moras dilata* i) *voluntas.* k)

l) *Si vetus exemplum non ſufficit, ecce novellum:*
„*In ſpecula* m) *montis innata* n) *ſuperbia caſtris* o)
„*Eſt ita viſa loqui Gallis:* p) *Quid, Gallia, garris?*
„*Vnde minae tantae? Quae tanta ſuperbia linguae?*
„*Pone ſupercilium! Geſtus* q) *dediſce minaces.*
„*Vnde tuo lateri clypei?* r) *Vel tela? Vel enſes?* s)

„*Fe-*

---

g) MS. I. *Non.* h) MS IV. *decurrat.* i) MS. II. *allata.* IV. *animoſa.* k) MS. II. *voluptas.* l) Hi XVII. verſus in MS. II. III. IV. exſtant proxime ante epilogum poſt verſum 2059. m) MS. III. *ſpeculo.* n) MS. II. *mihi nacta.* III. IV. *vim nacta.* o) MS. II. III. IV. *caſtri.* p) MS. I. III. IV. *Gallis ita viſa loqui.* q) MS. II. *vultus.* r) MS. IV. *clypeus.* s) MS. IV. *enſis.*

„*Femineum vulgus geſtus depone viriles,*
„*Geſtis* t) *ut geſtus reſpondeat. Excute* u) *parmam,*
„*Et galeae conum. Decuit* w) *te volvere penſa,*
„*Et vacuare colum. Cur ergo, vel unde, ſuperbis?*
„*Pone ſeram linguae.* x) *Timeas turgeſcere* y) *verbis.*
„*Maxillis dabo frena tuis, & vincula collo*
„*Iniiciam, reddamque brevi te tempore* z) *ſervam.*
„*Occupor in nihilo. Dum te quaſi Marte potentem*
„*Convenio, ſurgunt alii. Quantumlibet* a) *hoſtes,*
„*Non mihi ſunt aequi. Sed eis ſum cauſa timoris*
„*Cordis, ad exemplar* b) *Regis formata Richardi.* c)
*Ancillatur item decor alter* d) *proſopopeiae.*
*Vt ſi iam tritum dicat menſale: „Solebam*
„*Eſſe decus menſae, dum primula floruit aetas,*
„*Dum faciem geſſi ſine crimine. Sed quia longi*
„*Temporis, & fracti ſum vultus, nolo venire.*
„*Menſa, recedo,* e) *vale. Gemino ſic fungitur ore.*
*Cum* f) *loquitur rigide, tum* g) *proſopopeia iocoſe.*
*Si velit ulterius tractatus linea tendi,*
*Materiae fines exi, paulumque recede,*
*Et diverte ſtilum. Sed nec* h) *divertere longe,*
*Vnde gravet* i) *revocare pedem.* k) *Modus iſte modeſto*
*Indiget ingenio, ne ſit via longior aequo.*
*Eſt etiam quaedam digreſſio, quando propinqua* l)



t) MS. I. II. IV. *Geſtibus.* u) MS. II. III. *exue.* w) MS. I. *docui.* x) MS. IV. *ſupercilium.* y) MS. II. III. *increſcere.* z) MS. II. *principe.* a) MS. I. II *quantilibus.* III. *quantilibet.* b) MS. II. III. *exemplum.* c) MS. I. *Karoli.* d) MS. I. *altus.* e) MS. III. *recede.* f) MS. III. *Tum.* g) MS. I. IV. *cum.* h) MS. II. III. IV. *ne.* i) MS. IV. *gravat.* k) MS. I. *gradum.* l) MS. III. *propinquum.*

*Tranſeo, quod procul eſt praemittens ordine verſo.*
*Progreſſurus enim medium quandoque relinquo,*
*Et ſaltu quaedam* m) *quaſi transvolo. Deinde revertor* n)
*Vnde prius digreſſus eram. Res ne ſit operta*
*Nube minus clara* o) *rem tali pingo* p) *figura:*
„*Vnicus aſtringit duo pectora nodus amoris.*
„*Corpora disiungit nova cauſa. Sed ante receſſum*
„*Oſcula praefigit* q) *os ori. Cingit* r) *utrumque*
„*Mutuus, et ſtringit, amplexus. Fons oculorum*
„*In faciem* s) *lacrimas derivat. Et ultima verba*
„*Singultus medius interſecat. Eſtque doloris*
„*Calcar amor, viresque dolor teſtatur amoris.*
„*Veri cedit hyems. Nebulam* t) *diffibulat* u) *aer.*
„*Et coelum blanditur humo. Laſcivit in illam*
„*Humidus & calidus. Et, quod ſit maſculus aer,*
„*Femina ſentit humus. Flos, filius eius, in auras*
„*Exit, & arridet matri. Coma primula* w) *comit* x)
„*Arboreos apices. Praemortua ſemina ſurgunt*
„*In vitam. Ventura ſeges praevivit* y) *in herba.*
„*Hoc* z) *tempus titillat* a) *aves. Haec temporis hora*
„*Quos nondum diviſit amor, disiungit* b) *amantes.*
*Septima ſuccedit praegnans* DESCRIPTIO *verbi,* c)
*Vt dilatet opus. Sed cum ſic* d) *lata, ſit* e) *ipſa*
Lae-

---

m) MS. I. III. IV. *quodam.* n) MS. I. *regreſſus.* IV. *reverſus.* o) MS. I. IV. *pura.* p) MS. I. III. *pinge.* q) MS. III. *praefingit.* r) MS. II. III. *tangit.* s) MS. IV. *facies.* t) MS. III. IV. *nebulas.* u) MS. II. *disfulminat.* w) MS. II. III. *plurima.* x) MS. I. *condit.* y) MS. IV. *praeludit.* z) MS. I. IV. *Et.* a) MS. II. *veneratur.* III. *venerantur.* b) MS. I. *diviſit.* c) MS. II. III. IV. *verbis.* d) MS. II. III. *ſit.* e) MS. I. III. IV. *ſit.*

*Laeta. Pari forma ſpatioſa ſit* f) *& ſpecioſa.*
*In celebri forma faciat res nubere verbis.*
*Si cibus eſſe velit, & plena refectio mentis,*
*Ne ſit curta nimis brevitas, vel trita vetuſtas.*
*Sint variata novis exempla ſecuta figuris,*
*Rebus ut in variis oculus* g) *ſpatietur & auris.*
*Femineum plene ſi vis formare decorem:*
„*Praeformet capiti naturae circinus orbem.*
„*Crinibus irrutilet color* h) *auri. Lilia vernent*
„*In ſpecula* i) *frontis. Vaccinia nigra coaequet*
„*Forma ſupercilii. Geminos interſecet* k) *arcus*
„*Lactea forma viae. Caſtiget regula naſi* l)
„*Ductum, ne citra ſiſtat, vel tranſeat, aequum*
„*Excubiae frontis radient utrinque gemelli*
„*Luce Smaragdina,* m) *vel ſyderis inſtar, ocelli.*
„*Aemula ſit facies aurorae, nec rubicundae,*
„*Nec nitidae. Sed utroque ſimul, neutroque colore*
„*Splendeat. Os forma ſpatii brevis, & quaſi cicli*
„*Dimidii. Tanquam praegnantia labra tumore* n)
„*Surgant. Et* o) *modicum* p) *rutilent ignita, ſed igne*
„*Manſueto. Dentes niveos* q) *compaginet ordo.*
„*Omnes unius ſtaturae. Thuris & oris*
„*Sit pariter conditus odor. Mentumque polito* r)
„*Marmore plus poliat natura potentior arte.*
„*Succuba ſit capitis* s) *pretioſa colore columna* t)

„*La-*

f) MS. I. *fit.* g) MS. II. *animus.* h) MS. II. III. *nitor.* i) MS. III. *ſpeculo.* k) MS. III. *interſerat.* l) MS. III. *naſum.* m) MS. IV. *Smaragdinea.* n) MS. II. III. *tumendo.* o) MS. I. IV. *ſed.* p) MS. I. IV. *modico.* q) MS. II. *niveus.* r) MS. II. III. IV. *politum.* s) MS. IV. *capiti.* t) MS. IV. *columna colore.*

,,*Lactea, quae ſpeculum vultus ſupportet in altum.*
,,*Ex criſtallino procedat gutture quidam*
,,*Splendor, qui poſſit* u) *oculos referire videntis* w)
,,*Et cor furari. Quadam ſe lege coaptent.*
,,*Ne* x) *iaceant quaſi deſcendant. Nec* y) *ſtent quaſi ſurgant.*
,,*Sed recti* z) *ſedeant humeri. Placeantque lacerti*
,,*Forma tam gracili, quam longa, delicioſi.*
,,*Confluat in tenues digitos ſubſtantia mollis,*
,,*Et macra; Forma teres, & lactea; Linea longa,*
,,*Et directa. Decor manuum ſe iactet in illis*
,,*Pectus imago nivis, quaſi quasdam collaterales*
,,*Gemmas, virgineas producat utrinque papillas.*
,,*Sit locus aſtrictus* a) *zonae, brevitate pugilli*
,,*Circumſcriptibilis. Taceo de partibus infra.*
,,b) *Caetera ſi poſſem laudare beatior eſſem.*
,,*Aptius hic loquitur animus, quam lingua. Sed ipſum*
,,*Molle femur tactus irritet.* c) *Tibia recto*
,,*Limite ſe gracilem protendat. Pes brevitatis*
,,*Eximiae brevitate ſua laſciviat.,, Et ſic*
*A cima* d) *capitis ſplendor deſcendat* e) *ad* f) *ipſam*
*Radicem, totumque ſimul poliatur ad unguem.*
*Formae iam* g) *pictae ſi vis appingere* h) *cultum:*

,,*Ne-*

u) MS. II. *poſcit.* w) MS. IV. *videntum.* x) MS. II. III. *Non.* y) MS. II. *Non.* z) MS. II. III. IV. *recte.* a) MS. II. III. *aſcriptus.* b) MS. II. III. IV. carent hoc verſu. c) MS. III. *invitet.* d) MS. I. *cono.* II. *cyma.* IV. *ſummo.* e) MS. III. IV. *deſcendat ſplendor..* f) MS. IV. *in.* g) MS. II. III. IV. *tam.* h) MS. IV. *depingere.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Nexilis* i) *a tergo coma compta* k) *recomplicet aurum.*
„*Irradiet frontis* l) *candorem* m) *circulus auri.*
„*Se nudet facies* n) *proprio* o) *veſtita colore.* p)
„*Lactea ſtelliferum praecingat* q) *colla monile.*
„*Inſtita candeſcat* r) *biſſo. Chlamis ardeat auro.*
„*Zona tegat* s) *medium, radiantibus* t) *undiq; gemmis.*
„*Brachia luxurient armillis, Circinet aurum*
„*Subtilis digitos. Et gemma ſuperbior auro*
„*Diffundat radios. Certent in veſte ſerena*
„*Ars cum materia. Nihil addere cultibus iſtis*
„*Aut manus, aut animus, poſſit. Sed divite cultu*
„*Pluris erit facies. Quis in hac face neſciat ignes?* u)
„*Quis non inveniat* w) *flammas?* x) *Si Iuppiter illis*
„*Temporibus vidiſſet eam: Nec in* y) *Amphitrione* z)
„*Luderet Almenam;* a) *Nec ſumeret ora Dianae,*
„*Vt te fraudaret* b) *Caliſto* c) *flore; Nec Io* d)
„*Nube; Nec Antiopam* e) *ſatyro; Nec Agenore natam*
„*Tauro; Meſſione* f) *nec te paſtore; Nec* g) *agne* h)
„*Aſopo genitam; Nec* i) *te Didonis* k) *in anguem;* l)

„*Nec*

---

i) MS. III. *Flexilis.* k) MS. II. III. *longa.* l) MS. II. IV. *fronti.* m) MS. I. *candori.* II. IV. *candoris.* n) MS. III. *facies nudet.* o) MS. I. II. IV. *proprium.* p) MS. I. II. IV. *colorem.* q) MS. IV. *praeſtringat.* r) MS. I. *clareſcat.* s) MS. III. *regat.* t) MS. IV. *mediantibus.* u) MS. III. *ignem.* w) MS. I. II. III. *inveniet.* x) MS. I. IV. *flammam.* y) MS. II. *non.* IV. *nec.* z) MS. I. II. IV. *Amphitrionem.* a) MS. III. IV. *Alcmenam.* b) MS. II. *defraudaret.* c) MS. I. *Calipſo.* III. *Calyſto.* IV. *Calixto.* d) MS. III. *Yo.* e) MS. IV. *Antropa.* f) MS. II. *Menſonine.* III. *Menphione.* IV. *Memphione.* g) MS. I. IV. *vel.* h) MS. I. III. IV. *igne.* i) MS. I. IV. *vel.* k) MS. I. *Dyonis.* l) MS. III. IV. *angue.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Nec* m) *Ledam cygno; nec Danem* n) *falleret auro.*
„*Hanc ſolam* o) *coleret, omnesque videret in una.*
*Sed cum ſit formae deſcriptio res quaſi trita,*
*Et vetus, exemplum ſit in his, ubi rarior uſus:*
„*Excipiente thoro Reges, regnique potentes,* p)
„*Menſae delicias orditur lactis imago,*
„*Culta Ceres. Bachusque ſenex iuveneſcit in auro.*
„*Solus ibi, vel nectareo perfuſus odore,*
„*Degenerare ſinit, & laſcivire ſaporem.*
„*Regia pompa dapum veniens immilitat auro,*
„*Inque vicem ſeſeque dapes mirantur & aurum.*
„*Praecipuum* q) *menſae ſpeculum ſpeculare clientes.*
„*Certat cum Paride facies. Cum Parthonopeio* r)
„*Aetas. Cum Croeſo cenſus. Cum Caeſare ſanguis.*
„*Caetera ſi ſpectes in corpore: Cum nive byſſus.*
„*Cum flammis oſtrum. Cum ſydere gemma. Videres*
„*Singula plus ſapere condita ſapore clientum.*
„*Delitias alias, oculus quas geſtit & auris,*
„*Geſticulator habet. Geſtus non omnibus unus.*
„*Cuique ſuus. Plus mellis habet variata voluptas.*
„*Tinnula ſiſtra volant oculos paſcentia regum;*
„*Alternantque manus. Siſtroque* s) *volatile ſiſtrum* t)
„*Surgit in occurſum. Vadunt, redeuntque. Reſurgunt,*
„*Et recidunt.* u) *Simulantque* w) *minas. Pugnaeque ioco ſae*
„*Inſtar agunt* x) *ſeſe. Fugiunt ſeſeque ſequuntur.*

„*Huic*

m) MS. I. *Vel.* n) MS. I. *Daphnem.* o) MS. I. *unam.* p) MS. III. *tyrannos.* q) MS. II. *Praecipue.* r) MS. I. *Parchonomeo.* II. *Partanopeo.* IV. *Parconopeo.* s) MS. IV. *ſiſtrum.* t) MS. IV. *ſiſtro.* u) MS. I. *reſident.* w) MS. IV. *ſimulant.* x) MS. I. II. III. *habent,*

,,*Huic* y) *in utraque manu, gemina luctante* z) *tabella,*
,,*Ludit in ore ſonus. Pes non vacat. Immo frequenter*
,,*It, redit, & lepide paſſu* a) *nugatur* b) *eodem.*
,,*Vox comes eſt paſſus. Pariter ferit aethera* c) *cantus.*
,,*Et ſeſe tabulae ſtrepitusque* d) *ſonorat* e) *in aure.* f)
,,*Tertius ad* g) *motus* h) *agilis ſe girat in orbem.*
,,*Aut volat in longum. Vel membra ſupina reſumit* i)
,,*In ſaltum facilem. Molles aut arcuat artus*
,,*In talos, refuga cervice. Vel enſis acumen*
,,*Erigit, & certus dubios intervolat enſes.*
,,*Singula mireris. Sed adhuc iucundius iſtis*
,,*Nunc ſonus exultat manuum; Nunc arte iocoſa*
,,*Colludunt digiti; Nunc brachia curvat in arcum*
,,*Infurcata manus lateri. Celerique meatu*
,,*Furantur* k) *motus humeri. Geſtumque videres*
,,*Inſtrumenta ſequi, quorum ſua cuique voluptas.*
,,*Tibia feminea; Tuba maſcula; Timpana rauca;*
,,*Cimbala praeclara; Concors ſymphonia; Dulcis*
,,*Fiſtula; Somniferae citharae; Fidulaeque* l) *iocoſae;*
,,*Omnia certatim plaudunt, & tempora tardant* m)
,,*Deliciae,* n) *qualesque* o) *decent convivia Regum.*
*Sic celebres Regum menſas, ſic* p) *gaudia menſae,*
*Sic*

---

y) MS. II. III. *Hinc.* z) MS. I. IV. *ludente.* a) MS. I. III. *paſſuque.* b) MS. I. *vagatur.* III. *migratur.* c) MS. I. IV. *aera.* d) MS. IV. *tabellae ſtrepitus.* e) MS. I. *ſaporat.* f) MS. I. II. *aurem.* g) MS. II. *ac.* h) MS. III. *motum.* i) MS. I. IV. *reſolvit.* k) MS. IV. *curtantur.* l) MS. I. *nitulaeque.* II. *vidulaeque.* m) MS. II. III. IV. *tractant.* n) MS. I. *Delicias.* o) MS. IV. *quales.* p) MS. II. III. IV. *&.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Sic* q) *breve propoſitum longo produximus* r) *ore.*
*Reſtat adhuc aliud,* s) *quod linguam* t) *reddit opimam:*
*Quaelibet inducit* u) *duplicem ſententia formam*
*Altera propoſitam rem ponit; & altera tollit*
OPPOSITAM. *Duplex modus in rem* w) *conſonat* x) *unam.* y)
*Sicque fluunt vocum rivi* z) *duo. Rivus uterque*
*Confluit. Exundant voces ex duplice rivo.* a)
*Hoc ſit in exemplum: „Sapiens eſt illa iuventa!*
*„Pone iuventutem vultus, vel* b) *tolle ſenectam.*
*„*c) *Iſta iuventutis eſt, & non forma* d) *ſenilis.*
*„Pone ſenectutem mentis, vel* e) *tolle iuventam.*
*Vtpote ſi tali decurrat limite lingua:*
*„*f) *Iſta ſenectutis mens eſt, & non iuvenilis.*
*„Illa* g) *iuvenilis* h) *non eſt mens, immo ſenilis.*
*„*i) *Iſta ſenectutis non eſt gena, ſed iuvenilis.*
*Vel ſumens* k) *adiuncta* l) *rei ſic longius ibis:*
*„Non facies illi rugoſa, nec arida pellis.*
*„Non cor concuſſum ſenio. Nec pulmo fatiſcens.*
*„Nec lumbi rigidi. Nec ſpina recurva. Iuventa*
*„Corporis eſt aetas, animi longaeva ſenecta.* m)

*Sic*

q) MS. II. III *Et.* r) MS. II. III. *producimus.* s) MS. II. *aliquid.* III. *aliquod.* t) MS. I. II. IV. *linguam quod.* u) MS. I. II. III. *induitur.* w) MS. IV. *re.* x) MS. II. III. IV. *confluit.* y) MS. IV. *unum.* z) MS. I. II. IV. *rivi vocum.* a) MS. IV. *forma.* b) MS. IV. *&.* c) Hic verſus deeſt in MS. II. III. d) MS IV. *non eſt mens immo.* e) MS. IV. *Et.* f) Deeſt hic verſus in MS. II. III. g) MS. III. *Iſta.* h) MS. II. III. *iuventutis.* i) Hic verſus praemittitur antecedenti in MS. III. k) MS. III. IV. *ſumes.* l) MS. III. *adiecta.* m) MS. III. *ſenectus.*

*Sic ſurgit permulta* n) *ſeges de* o) *ſemine pauco.* p)
*Flumina magna trahunt ortum de fonte puſillo.*
*De* q) *tenui virga grandis protenditur arbor.*
*Si brevis eſſe velis, prius iſta priora recide,* r)
*Quae pompam faciunt. Modicumque prematur in orbem*
*Formula* s) *materiae, quam tali comprime lege :* t)
*Plurima perſtringat* u) *paucis expreſſa locutrix*
*Emphaſis. Ore brevi diſpendia lata* w) *coarctet*
*Articulus puncti.* x) *Caſus* y) *compendia quaedam*
*Ablativus habet, cum ſtat* z) *ſine remige liber.* a)
*Reſpuit* b) *audiri bis idem. Sententia* c) *dicti* d)
*In dictis non dicta notet.* e) *Coniunctio ne ſit*
*Nodus clauſarum, ſed eas ſinat ire ſolutas.*
*Vel manus artificis multas ita conflet in unam,*
*Mentis ut intuitu multae videantur in una.*
*Hac brevitate potes longum ſuccidere* f) *thema.*
*Hac cymba tranſire fretum. Narratio facti* g)
*Exigit* h) *hanc formam verbi,* i) *quae facta modeſte*
*Non ſuperinfundet* k) *nubem, ſed nube remota*
*Inducet* l) *ſolem. Concurrant ergo, ſed apte :*



n) MS. I. II. IV. *praemulta.* o) MS. IV. *ex.* p) MS. I. II. III. *parvo.* q) MS. III. IV. *Ex.* r) MS. III. IV. *reſcinde.* s) MS. II. III. *Summula.* t) MS. II. *forma.* u) MS. IV. *praeſtringat.* w) MS. II. III. *longa.* x) MS. I *punctim.* y) MS. I. *caeſus.* z) MS. I. IV. *ſit.* a) MS I. III. *ſolus.* b) MS. I. II. III. *Reſpuat.* c) MS. IV. *prudentia.* d) MS. I *doctis.* e) MS I. II. *nocet.* f) MS I. *ſuccingere.* IV. *ſuccindere.* g) MS. IV. *dicti.* h) MS. III. IV. *Eligit.* i) MS. IV. *facti.* k) MS. II. *ſuperinducat.* III. IV. *ſuperinfundat.* l) MS. II. III. IV. *inducat.*

*Emphaſis ; Articulus ; Caſus ſine remige liber ;*
*Vnius in reliquo nota callida ; Vincula dempta*
*Clauſarum ; Senſus multarum clauſus in una ;*
*Eiusdem verbi repetitio nulla. Vel* m) *iſta*
*Omnia, vel ſaltem quod res deſiderat ipſa.*
*Ecce rei ſpeculum : Res tota relucet in illo.* n)
„*Rebus in augendis* o) *longe diſtante marito*
„*Vxor moecha parit puerum. Poſt multa reverſo*
„*De nive conceptum fingit. Fraus mutua caute*
„*Suſtinet. Aſportat. Vendit. Matrique reportans,* p)
„*Ridiculum ſimile, liquefactum ſole refingit.*
*Si propiore* q) *velit brevitas ſubſiſtere* r) *meta,*
*Dormiat in primis omnis ſententia. Verbi* s)
*Non* t) *meminiſſe velis. Sed tantum nomina rerum*
*Scribe ſtilo cordis, virtus ubi tota redundat* u)
*Thematis. Hoc facto quaſi fungere lege fabrili.*
*Ferrum materiae, decoctum pectoris igne,*
*Transfer ad incudem ſtudii. Permolliat illud*
*Malleus ingenii, cuius luctatio crebra*
*Formet ab informi maſſa per idonea verba,*
*Omnibus amotis* w) *aliis, quae verba ſequuntur.* x)
*Poſt* y) *conflent folles rationis nomina verbis,*
*Verbaque nominibus, quae totum thema loquantur.* z)
*Sic breve ſplendet opus. Nihil exprimit,* a) *aut magis aequo,*

*Aut*

m) MS. IV. *ſit.* n) MS. III. *iſto.* o) MS. IV. *agundis.* p) MS. II. III. *reportat.* q) MS. I. *breviore.* r) MS. II. *deſiſtere.* s) MS. II. III. *formam.* t) MS. IV. *nec.* u) MS. II. III. *reclinat.* w) MS. II. III. IV. *Verba coadiunctis.* x) MS. III. *ſequantur.* y) MS. II. III. *mox.* z) MS. I. *ſequuntur.* II. *loquuntur.* a) MS. III. *exprimat.*

*Aut minus. Iſte novae brevitaiis* b) *acutior uſus.* c)
*Huius ad exemplum brevis haec deſcriptio* d) *ſervit:*
„*Vir, quia, quem peperit, genitum nive femina fingit,*
„*Vendit, & a ſimili liquefactum ſole refingit.*
„*De nive conceptum quem mater adultera fingit*
„*Sponſus eum vendens liquefactum ſole refingit.*
*Sic* e) *brevis aut longus, ſe ſemper ſermo coloret*
*Intus & exterius. Sed diſcernendo colorem*
*Ordine diſcreto. Verbi prius inſpice mentem,*
*Et demum faciem, cuius ne crede colori.* f)
*Se niſi conformet color intimus exteriori,*
*Sordet ibi ratio. Faciem depingere verbi*
*Eſt pictura luti. Res eſt fucaria;* g) *Ficta* h)
*Forma;* i) *Dealbatus paries;* & k) *hypocrita verbum;*
*Se ſimulans aliquid, cum ſit nihil. Hic* l) *ſua forma*
*Diſſimulat deforme ſuum. Se iactitat extra,*
*Cum* m) *nihil intus habet. Haec eſt pictura, remoto* n)
*Quae placet, admoto* o) *quae diſplicet. Ergo memento,*
*Ne ſis praeproperus. Sed in his, quae dixeris, eſto*
*Argus, & argutis* p) *oculis circumſpice verba*
*In re propoſita. Sententia ſi ſit honeſta,*
*Eius ei ſervetur honos. Ignobile verbum*
*Non inhoneſtet eam. Sed, ut omnia lege regantur,*

 *Dives*

b) MS. II. *novitatis.* c) MS. I. *ordo.* d) MS. I. III. *ſubſcriptio.* e) MS. I. III. IV. *Sit.* f) MS. II. *figurae.* g) MS. II. III. IV. *falſaria.* h) MS. II. III. *forma.* i) MS. II. *Picta.* III. *Ficta.* k) deeſt in MS. II. IV. l) MS. III. IV. *Haec.* m) MS. I. II. III. *Sed.* n) MS. I. IV. *remota.* o) MS. IV. *admota.* p) MS. I. *acutis.*

*Dives honoretur ſententia divite verbo.*
*Nec nubat* p) *matrona potens in* q) *paupere panno.*
*Vt res ergo ſibi pretioſum ſumat amictum:*
*Si vetus eſt verbum, ſis phyſicus, & veteranum* r)
*Redde novum. Noli ſemper concedere verbis* s)
*In proprio* t) *reſidere loco. Reſidentia talis*
*Dedecus eſt ipſi verbo. Loca propria vitet* u)
*Et peregrinetur alibi,* w) *ſedemque placentem*
*Fundet in alterius fundo. Sit ibi novus hoſpes,*
*Et placeat novitate ſua. Si conficis iſtud*
*Antidotum, verbi facies iuveneſcere vultum.*
*Inſtruit iſte modus transſumere verba decenter.* x)
*Si ſit homo, de quo ſit* y) *ſermo, transferat* z) *ad rem*
*Expreſſe ſimilem, quae ſit ſua propria veſtis.*
*In ſimili caſu, cum videro* a) *mutuor illam,*
*Et mihi de veſte veteri transformo* b) *novellam.*
*Ecce vides:* c) *Verbo propriato dicitur aurum*
*Fulvum. Lac niveum.* d) *Roſa praerubicunda. Mel ipſum*
*Dulcifluum. Flammae rutilae. Corpus nivis album.* e)
*Dic igitur:* f) „*Dentes nivei. Labra flammea. Guſtus*
„*Mellitus. Vultus roſeus. Frons lactea. Crinis*
„*Aureus.*„ *Aptantur bene: Dentes, nix. Labra, flammae.* g)

*Guſtus,*

p) MS. I. II. IV. *Ne rubeat.* q) MS. IV. *ſub.* r) MS. I. *Inveteratum.* s) MS II. *verbum.* t) MS. I. *primo.* u) MS. II. *vites.* w) MS. II. *alias.* x) MS. II. III. IV. *modeſte.* y) MS. III. IV. *ſit* z) MS. II. III. IV. *transferor.* a) MS. II. *video cum.* III. *video.* b) MS. II. III. *transformo veteri de veſte.* IV. *de veteri veſte transformo.* c) MS. II. *vide.* d) MS. II. III. IV. *nitidum.* e) MS. II. III. *nix alba decenter.* f) MS. IV. *ergo.* g) MS. III. *flamma.*

*Guſtus, mel. Vultus, roſa. Frons, lac. Crinis, & aurum.*
*Et, quia lucet ibi iunctura ſimillima rerum,*
*Si, de quo loqueris, ſit non homo, loca retorque*
*Mentis ad id, quod homo. Verbum, quod ponit ibi-*
*dem*
*Articulus ſimilis proprie, transſume* h) *decenter.*
*Vt, ſi forte velis hæc* i) *dicere: „Tempora veris*
*„Exornare ſolum. Primos exſurgere flores,*
*„Et* k) *placidum* l) *fieri tempus. Ceſſare procellas.*
*„Eſſe fretum planum. Motus ſine turbine. Valles*
*„Depreſſas. Montes erectos. „Diſcute tecum*
*Tale quid, in nobis quod* m) *propria* n) *verba lo-*
*quantur.* o)
*Ornatum faciens, pingis. Primordia nactus.*
*Naſceris. Eloquio* p) *placidus, blandiris. Ab omni*
*Re ceſſans, dormis. Immotus, ſtas pede fixo.*
*Preſſus ad ima, iaces. Erectus in aera,* q) *ſurgis.*
*Ergo ſapit verbum, ſi dicas: „Tempora veris*
*„Pingere flore ſolum. Naſci primordia florum.*
*„Blandiri tempus placidum. Dormire procellas*
*„Ceſſantes. Freta ſtare, quaſi non mota. Iacere*
*„Depreſſas valles. Erectos ſurgere montes.*
*Quando tamen* r) *proprium transſumis, plus ſa-*
*pit iſtud,* s)
*Quod venit* t) *ex proprio. Talis transſumtio verbi*
*Eſt tibi pro ſpeculo. Nam* u) *te ſpecularis* w) *in illo,*



h) MS. II. *transpone.* i) MS. II. IV. *hoc.* III. *ſic.* k) MS. III. *Aut.* l) MS. II. IV. *Adplacitum.* m) MS. II. *nec.* n) MS. I. II. *proprie.* o) MS. I. IV. *loquatur.* p) MS. II. III. *Alloquio.* q) MS. I. *aere.* IV. *aethera.* r) MS. I. II. IV. *tuum.* s) MS. III. IV. *illud.* t) MS. II. *ſapit.* u) MS. IV. *quia.* w) MS. III. *ſpeculeris.*

*Et proprias cognoſcis oves* x) *in rure alieno.*
*Talia multa vides.* y) *Sicut, ſi forte velimus*
*Nequitias hyemis tali proponere* z) *forma:*
„*Semper hiat diris hyems* a) *prædira* b) *tyrannis,*
„*Imperio cuius contriſtant* c) *aera nimbi.*
„*Excoecat caligo diem. Parit aura procellas.*
„*Nix claudit ſtratas.* d) *Conſtringit* e) *bruma medullas.*
„*Grando flagellat humum. Glacies incarcerat undas.*
*Vel* f) *ſi dicamus* g) *de tempore navibus apto:*
„*Non obiurgat aquas aquilo. Nec inebriat auſter*
„*Aera. Sed ſolis radius, quaſi ſcopa lutoſi*
„*Aeris, emundat coelum. Vultuque ſereno*
„*Tempus adulatur pelago. Clandeſtina flatus*
„*Murmura ſtare fretum* h) *faciunt, & currere vela.*
*Vel* i) *ſi fabriles ritus hoc ore loquamur:*
„*Ad folles vigilat flamen.* k) *Sepelitur in igne*
„*Maſſa rudis. Coctam* l) *transſumit* m) *ab igne recenti*
„*Forceps. Incudi dat verbera crebra magiſter*
„*Malleus, & duris præcorripit ictibus illam.*
„*Sicque, quod optat, agit. Vel caſſidis elicit orbem,*
„*Vtile munimen* n) *capiti. Vel provocat* o) *enſem,*
„*Legitimum ſocium lateri. Vel corporis hoſpes*
„*Lo-*

x) MS. II. *opes.* y) MS. II. III. *vide.* z) MS. IV. *praeſcribere.* a) MS. II. III. IV. *hyems inhiat duris.* b) MS. II. III. *praedura.* c) MS. II. *conſtringunt.* d) MS. II. III. *Decoquit arva gelu.* e) MS. IV. *transfigit.* f) MS. III. *Vt.* g) MS. IV. *loquamur.* h) MS. I. *freta.* i) MS. IV. *Aut.* k) MS. II. III. IV. *vigilant flammae.* l) MS. IV. *tectam.* m) MS. I. II *transmittit.* n) MS. I. II. IV. *conſilium.* o) MS. II. III. IV. *procreat.*

„*Loricae procedit opus. Connaſcitur illis*
„*Ocrea ſubterior* p) *clypeus, quem* q) *tibia ſumit.* r)
„*Et ſtimulus citator equi, quem talus adoptat.* s)
„*Et ſpecies aliae ferri, quas armat acumen.*
„*Exhaurit ferrum facies* t) *tam diſſona rerum,*
„*Tam variae ſpecies armorum, Malleus ictum* u)
„*Supprimit. Incudes reſpirant calle peracto.*
„*Ad metam ſubſiſtit opus, finitque diaetam.*
*Egregie ſic verba locas. Sic verba locata*
*Pervia* w) *mentis erunt oculo. Sed verba locare*
*Res oneroſa quidem ſtudio. Modus iſte loquendi*
*Eſt gravis eſtque levis. Gravis eſt inventio verbi.*
*Mens levis inventi. Sic ſe contraria miſcent,*
*Et* x) *pacem ſpondent, hoſtesque morantur amici.*
*Eſt ibi temperies quaedam, ne ſit leve verbum*
*Vile, vel illepidum. Trahat* y) *a gravitate leporem,*
*Et pretium, gravitas, ne turgida ſit, vel opaca.*
*Praeſtet* z) *ei levitas lucem, reprimatque* a) *tumorem.*
*Altera caſtiget* b) *reliquam. Sic ergo loquaris.* c)
*Sic grave iunge levi. Nec* d) *res haec detrahat* e *illi.*
*Sed ſibi conveniant* f) *& eadem ſede fruantur.* g)
*Pacificetque ſuam concors diſcordia litem.*
*Vt magis urbane ſedeat tranſſumtio* h) *verbi,*



p) MS. I. *ſubtilis.* q) MS. II. III. *clypeo quam.* r) MS. I. *ſumet.* II. IV. *ſumat.* s) MS. III. *adaptat.* t) MS. III. *facies ferrum.* u) MS. II. III. *ictus.* w) MS. II. III *praevia.* x) MS. II. III. IV. *Sed.* y) MS. III. IV. *trahit.* z) MS. II. IV. *praeſtat.* a) MS. II. IV. *reprimitque.* III. *minuitque* b) MS. II. III. IV. *caſtigat.* c) MS. I. II. *loqueris.* d) MS. III. *ne.* e) MS. IV. *hic attrahat.* f) MS. II. *conveniat.* g) MS. I. *ſede fruantur eadem.* h) MS. II. III. *translatio.*

*Non ſolo* i) *veniat comitante* k) *nomine fixo.*
*Mobile nomen ei dones, &* l) *tale ſit illud,*
*Quod plene ſuccurrat ei, nubemque ſerenet,*
*Si qua ſit in verbo. Si non, illuminet illud*
*Plenius, & plenum lumen transfundat* m) *in ipſum.*
*Ecce ſub hac forma ſi tale quid exprimo: „Iura*
*„Molleſcunt.* “*Vel* n) *„ Iura rigent.* “*Nondum* o) *bene lucet,*
*Sed tanquam ſub nube latet tranſſumtio* p) *verbi.*
*Et, quia* q) *ſic poſitum, ſedet in caligine verbum.*
*Mobile nomen ei det* r) *lumen, & adiuvet illud.*
*Dic ergo melius:* s) *„Diſpenſatoria iura*
*„Molleſcunt. Diſtricta rigent.“ Iam mobile nomen*
*Verbum promovit. Diſtrictio namque rigorem*
*Exprimit. Et rigida pia diſpenſatio iura*
*Temperat, & mollit. Sed quid ſi* t) *ſplendeat ex ſe*
*Verbum tranſſumtum? Nihilominus adiuvet* u) *ipſum* x)
*Mobile, de cuius ſplendore ſuus geminetur.*
*Eſto* y) *ſatis lepide dicam, ſi dixero: „Tellus*
*„Plus aequo rorem coeli potavit, & imber*
*„Diſpenſavit eum temere.* “*Tamen* z) *aptius iſtud* a)
*Et melius dices,* b) *ſi dixeris: „Ebria tellus*

*„Plus*

i) MS. II. III. *ſolum.* k) MS. II. III. *comitatum*, IV. *contenta.* l) MS. IV. *donet ſed.* m) MS. II. *tranſcendat.* n) MS. IV. *et.* o) MS. IV. *necdum.* p) MS. II. III. *translatio.* q) MS. I. II. *quaſi.* r) MS. IV. *dat.* s) MS. II. III. *potius.* t) MS. IV. *ſi quid.* u) MS. IV. *adiuvat.* x) MS. III. *illud.* y) MS. IV. *Ecce.* z) MS. IV. *tum.* a) MS. III. IV. *illud.* b) MS. III. *Dices & melius.*

*„Plus aequo potavit aquas, & prodigus imber*
*„Diſpenſavit eas temere.“ Quia* c) *ſe comitantur,*
*Seque ligant, inſtar hederae, quaſi non patiantur*
*A ſe divelli, ſed iurant foedus in unum.*
*Et ſunt unanimes ſocii. Deſcriptio* d) *talis*
*Affricuit* e) *limam* f) *demta caligine verbi.* g)
*Vincit adhuc iſtum melior pictura colorem,*
*Quando movet litem cum verbo nomen.* h) *Et ipſa*
*Oderunt* i) *ſeſe facietenus. Attamen intus*
*Eſt amor, & concors ſententia, quod docet iſtud:*
*„Dapſilis effundit,* k) *ſed opus fundendo refundit*
*„Nunquam feſſa manus, niſi quando quieſcit. “Et iſtud:*
*„Ante Dei faciem devota ſilentia clamant.*
*Conſule res alias,* l) *& idem mireris in illis.*
*Litibus alternis* m) *quando bellantur* n) *amantes*
*Creſcit in hoc bello linguarum, pax animorum.* o)
*Hoc odio conditur amor. Sic eſt & in iſtis:*
*Se voces introrſus amant, licet exteriores*
*Sint inimicitiae. Lis eſt in vocibus iſtis.* p)
*Sed litem totam ſedat* q) *ſententia vocum.*
*Eſt aliud lumen, quo vox transſumta relucet,*
*Quando ſumta ſemel transfertur & appropriatur* r)



c) MS. IV. *ſic.* d) MS. II. III. *diſcretio.* c) MS. IV. *Applicuit.* f) MS. I. *linguam.* g) MS. I. II. III. *verbis.* h) MS. I. *nomen cum verbo.* i) MS. I. II. *odere.* k) MS. IV. *effudit.* l) MS. II. *ipſas.* m) MS. I. IV. *alterius.* n) MS. III. *rixantur.* o) MS. II. *animarum.* p) MS. III. *ipſis.* q) MS. II. III. IV. *ſedat concors.* r) MS. IV. *appropriate.*

*Sicut in hac ſerie:* s) *„Vetus illa peritia Romae*
*„Legibus armavit linguas, & pectora* t) *ferro,*
u) *„Vt ſimul aptaret linguas & corpora* w) *bello.*
*Vel ſit in exemplum,* x) *quod plus ſapit, hoc breve verbum:*
*„Armat eos in corde* y) *fides, in pectore* z) *ferrum.*
*Vult ita transſumi verbum, vult mobile nomen,*
*Vult fixum. Sed fit varie* a) *tranſſumtio* b) *verbi,*
*Vel* c) *praecedentis, vel* d) *item* e) *ratione ſequentis,*
*Vel caſus utriusque ſimul.* f) *Ratione fit ipſa*
*Praecedentis, ut hic: „Sub verno tempore pauſant*
*„Nubes. Manſueſcit aer. Silet aura. Loquentes*
*„Inter ſe ioculantur aves. Dormit mare. Ludunt*
*„Rivi. Pubeſcunt rami. Pinguntur agelli.*
*„Et laſcivit humus. "Ratione ſequentis ut ecce:*
*„Papa, potens verbo, ſi linguam ſolvat ab ore* g)
*„Seminat, unde cibat oculos, & inebriat aures,*
*„Et totum ſatiat animum. Ratione duorum:*
*„Taliter* h) *os Papae, dum* i) *dulcia verba propinat,*
*„Aures tunc* k) *populi* l) *vigiles ex ore loquentis*
*„Verba*

---

s) MS. IV. *forma.* t) MS IV. *corpora.* u) Hic verſus praemittitur praecedenti in MS. IV. w) MS. III. *pectora.* x) MS. II. *exemplo.* y) MS. II. III. *mente.* z) MS. III. IV. *corpore.* a) MS I. *varia.* b) MS. II. III. *translatio.* c) MS. II. III. *Fit.* d) MS. II. III. *Fit.* e) MS. I. *rem.* f) MS. III. *Aut utriusque ſimul caſus.* g) MS. I. *odore.* h) MS. I. *Talibus.* i) MS. II. III. *tam.* IV. *cum.* k) MS. I. *dum.* II. III. *ut.* l) MS. I. *loquitur.*

„*Verba bibunt,* m) *animosque* n) *fricant* o) *audita quiete.* p)
*Mobile transfertur pariter* q) *ratione triformi:*
*Vel ratione ſui fixi, cui iungitur ipſum*
*Improprie, velut hic:* „*Sermonem diſcute* r) *quis* s) *ſit*
„*Crudus, an excoctus. Succoſus, an aridus. Hyrtus*
„*An comptus. Rudis an formoſus.* t) *Inops an opimus.*
*Vel* u) *ratione rei ſubiunctae, ſicut in iſta*
*Subiecta* w) *ſerie:* "*Quid agit* x) *Rex noſter inermis*
„*Conſiliis, cinctus odiis, & nudus* y) *amicis.*
*Aut utriusque ſimul: cum dicitur Ore diſertus:*
„*Floridus eloquio.*" *Veteranus:* z) „*Marcidus aevo.*
*Pauper:* „*Re* a) *tenuis.*" *Sequitur translatio* b) *fixi.*
*Fixum transſumtum ſi* c) *ſit commune, colorem*
*Dat verbis talem:* „*Populi fragor impulit urbem.* d)
*Aut huius formae:* „*Tuba fulminis. Impetus aurae.*
„*Iurgia ventorum. Strepitus maris. Ira procellae.*
*Si proprium fuerit, vel ad hoc transfertur* e) *ut ipſo*
*Laudes, vel laedas, tanquam cognomine. Laudas* f)
*Tali-*

m) MS. II. III. *bibant.* n) MS. I. II. *animos.* o) MS. II. III. *fricent.* p) MS. I. *Quid autem.* IV. *ſed ipſum.* q) MS. II. III. *nomen.* r) MS. I. *diſcite.* s) MS. I. *ſt.* IV. *quid.* t) MS. I. IV. *excultus.* u) MS. III. *Aut.* w) MS. II. III. IV. *ſubiuncta.* x) MS. I. II. III. *aget.* y) MS. IV. *nudatus.* z) MS II. III. IV. *Veterano.* a) MS. II. III. IV. *Pauperie.* b) MS. IV. *transſumptio.* c) MS. IV. *cum.* d) MS. IV. *urbes.* e) MS. IV. *transſumtum transfer.* f) MS. III. IV. *laudes.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Taliter: „Iſte g) Paris." Vel laedas taliter: „Iſte h)*
*„Therſites." Vel adhuc* i) *ut ſit ſimulatio quaedam,*
*Scilicet hac forma: „Navem regit ille magiſter,* k)
*„Et thiphis* l) *noſter." Vel; „Redam* m) *ruſticus ille* n)
*„Ductor & Antomedon* o) *noſter." Vel transfero nomen* p)
*Ex alia cauſa, ne ſit ſimilatio* q) *vera* r)
*Imo* s) *per antiphraſim, tanquam deriſio, quando*
*Corpore deformem Paridem, vel corde ferocem*
*Aeneam, vel vi fragilem cognomino Pyrrum,* t)
*Vel* u) *ſermone rudem Ciceronem, vel petulantem*
*Hyppolitum.* w) *Renovat talis mutatio* x) *verbum.*
*Sic* y) *transfert unam ſimplex oratio vocem.*
*Interdum* z) *plures. Vt in iſto themate verbi:*
*„Paſtores prædantur oves." Duo nomina transfers*
*Paſtores & oves. Nomen paſtoris ad ipſos*
*Praelatos, & nomen ovis transſumis ad ipſos*
*Subiectos. Transfertur adhuc oratio tota,*

Et

g) MS. III. *ille.* h) MS. III. *ille.* i) MS. II. IV. *ad hoc.* k) MS. I. loco horum quinque verſuum hos habet: *Si proprium, prodit iſte color:* Videtis amici, Qualiter iſte Simon nos prodidit. *Aut color alter In tali ſpecie:* Navem regit ille magiſter. l) MS. I. *ciphis.* II. *tiſis.* m) MS. II. *prodam.* IV. *edam.* n) MS. I. *vel rurſus transfero nomen.* o) MS. III. *Anthomedon.* p) Hic verſus deeſt in MS. I. q) MS. II. IV. *ſimulatio.* r) MS. IV. *quaedam.* s) MS. III. *Immo.* t) MS. III. *Pirrum.* u) MS. I. *Aut.* w) MS. I. III. *Ypolitum.* x) MS. III. *haec permutatio.* y) MS. I. *ſi.* z) MS. I. *Et quando.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Et pars nulla ſui, quam* a) *talis ſermo figurat:*
*„Litus arat. Laterem lavat. Auram* b) *verberat.“*
*Iſtae* c)
*Sunt ſpecies, per quas tranſſumtio verba colorat.*
*Taxatis tranſſume modis. Tamen eſto modeſtus*
*Nec* d) *ſis inflatus, nec* e) *turgidus. Hic* f) *duo mixta* g)
*Sunt & honos & onus. Onus eſt tranſſumere vocem* h)
*Vt decet. Eſt & honos* i) *cum* k) *ſit* l) *tranſſumta* m) *decenter.*
*Quando* n) *venit tali ſententia culta paratu*
*Ille ſonus vocum laetam dulceſcit ad* o) *aurem.*
*Et fricat interius* p) *nova delectatio mentem.*
*Transfero. Permuto. Pronomino. Nomino. Verba.*
*Haec formant ex ſe verbalia, ſuntque colorum*
*Nomina, quos omnes recipit tranſſumtio ſola.*
*Procures iſtas epulas, iſtosque liquores.* q)
*Hoc epulum ſatiat. Hic potus inebriat aures.*
*Texuit ars alios pretio leviore paratus.*
*Sed tamen eſt in eis gravitas, & idoneus uſus.*
*Sunt hinc inde decem, Sex hinc, & quatuor inde,*
*Flores verborum. Denarius iſte colorum*
*Verba coloret* r) *ea gravitate: quod eſt alieno,*
*Non*

a) MS. I. *quod.* b) MS. II. IV. *Aera.* III. *Aerem.* c) MS. IV *iſte.* d) MS. II. III. *ne.* e) MS. II. *vel.* III. *ne.* f) MS. III. IV. *Haec.* g) MS. IV. *iuxta.* h) MS. IV. *verbum.* i) MS. I. *honor.* k) MS. II. III. *quod.* l) MS. I. *ſunt.* m) MS. II. III. *translata.* n) MS. II. *Inde.* o) MS. II. III. *in.* p) MS. II. *iuvat ulterius.* q) MS. I. *colores.* r) MS. II. IV. *colorat.*

*Non proprio, vox ſumta modo. Genus omnibus u-*
*num.*
*Scilicet improprius vocum ſtatus, & peregrina*
*Sumtio verborum. Ne* s) *forſitan haeſitet inde*
*Mens incerta, fidem faciant* t) *exempla ſecuta.*
*Prodeat in medium talis ſententia: „Languens*
*„Affectat medicum, lugens ſolamen, egenus*
*„Subſidium.“ Melius florent hoc ſchemate* u) *verba:*
*„Languor eget medico, ſolamine luctus, egeſtas*
*„Subſidio.“ Verbis hic* w) *eſt innata voluptas,*
*Ponere ſic* x) *formam pro re, ſic* y) *vertere: Languens*
*In languor, lugens in luctus, egens in egeſtas.*
*Quid dat formido? Pallere. Quid ira? Rubere.*
*Quidve ſuperba lues? Turgere. Reſumimus ergo:*
*„Formido pallet. Rubet ira. Superbia turget.*
*Dulceſcitque magis, meliusque ſaporat in aure,*
*Quando, quod effectus ſibi vendicat, applico cauſae.*
*Praeloti capitis diſcriminet* z) *ordine crines*
*Pectinis officium. Forpex a crine recidat* a)
*Omne ſupervacuum, renovetque* b) *novacula vul-*
*tum:*
*Sic inſtrumento docet ars dare more venuſto,* c)
*Quod tamen eſt utentis eo.* d) *Sic ſurgit ab arte* e)
*Evitare vias tritas,* f) *& honeſtius ire.*
*Lucet item* g) *Sermo ſic ſumtus:* h) *„Corpora*
*ferro,* *„Ar-*

---

s) MS. II. *neu.* t) MS. II. III. *facient.* u) MS. III. *themate.* w) MS. II. III. *his.* x) MS. II. III. *& iuvat in.* y) MS. II. III. *concretum.* z) MS. I. IV. *diſcriminat.* a) MS. I. IV. *reſcindit.* b) MS. I. IV. *renovatque.* c) MS. IV. *faceto.* d) MS. II. *eis.* e) MS. II. IV. *conſurgat ab arce.* f) MS. II. IV. *Et tritas vitare vias.* g) MS. IV. *Currit adhuc.* h) MS. II. III. *ſumtus ſic.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Argento loculos, digitos ſpoliavimus auro.*
*Non quia Zeugma ſuo depingit* i) *verba colore,*
*Sed quia dicturus rem totam ſupprimo formam.*
*Exprimo materiam. Rudior modus exprimit ambo.*
*Subticet ars unum,* k) *ſervitque duobus in uno.*
*Hic* l) *modus inductus* m) *ſecum* n) *tria commoda ducit:* o)
*Curtat enim vocum diſpendia, remque colorat.*
*Et metro promittit opem. Diſpendia curtat*
*Dictio. Vox brevior, quam ſermo. Remque colorat*
*Vocis in hac forma ſumtae prudentior uſus.*
*Et metro producit* p) *opem, ſi poſtulat* q) *ipſam* r)
*Obliquus, cuius vitet* s) *conſortia verſus.* t)
*Quod liquet ex iſto:* „*Digitus laſcivit in auro.*"
„*Aurum,*" *vox brevior. Productior,* „*Annulus auri.*"
*Ipſam rem loquitur vox haec. Subtilior* u) *illa.*
*Caſibus hinc cedunt. Sunt inde rebellia metra.*
*Rem vice contenti quæ continet accipe. Ponens*
*Verbum vel fixum, vel mobile quodlibet, apte*
*Inſere ſic fixum:* „*Potatrix Anglia. Textrix* w)
„*Flandria. Iactatrix Normandia.*" x) *Mobile nomen*
*Sic appone:* „*Fora clamoſa. Silentia clauſtra.*
„*Luctiſonus carcer. Domus exhilarata. Quieta*
„*Nox.*

i) MS. III. *depingat.* k) MS. II. III. *Ars unum reticet.* l) MS. IV. *Qui.* m) MS. IV *in dictis.* n) MS. III. *affert.* o) MS. III. *ſecum.* p) MS. I. II. III *promittit.* q) MS. III. *poſtulet.* r) MS. II. III. *illam.* IV. *iſtam.* s) MS. IV. *vitat.* t) deeſt hic verſus in MS. I. u) MS. I. IV. *ſubtilius.* w) MS. I. *teſtrix.* x) MS. III. *Normannia.*

„*Nox. Operoſa dies.* “*Sumtis ſic* y) *utere verbis:*
„*A* z) *morbis ſanat medica* a) *virtute Salernum*
„*Aegros. In cauſis Bononia* b) *legibus armat*
„*Nudos. Pariſius dipenſat in artibus illos*
„*Panes, unde cibat robuſtos. Aurelianis*
„*Educat in cunis autorum* c) *lacte tenellos.*
*Currat hyperbolicus, ſed non excurrat* d) *inepte,*
*Sermo. Refrenet eum ratio, placeatque modeſtus*
*Finis, ut exceſſum* e) *nec mens, nec horreat* f) *auris.*
*Sicut in* g) *hac forma vocis:* h) „*Transverberat hoſtes*
„*Telorum quaſi grando pluens. Silvas imitatur*
„*Haſtarum confracta ſtrues. Fluit unda cruoris*
„*Aequoris exemplo. Vexantque cadavera valles.*
*Mirifice laudes minuit* i) *modus iſte, vel auget.*
*Et* k) *placet exceſſus, quem laudat & auris & uſus.* l)
*Dicturus:* „*Studui tribus annis;* “*Verba colores*
*Pulchrius. Iſte color* m) *color* n) *eſt rudis* o) *& veteranus.*
*Hoc rude ſic formes. Iſtud vetus hæc* p) *tua lima*
*Innovet:* „*In ſtudio me tertia repperit aeſtas.*
„*Tertius involvit autumnus. Tertia curis*
„*In-*

y) MS. I. II. IV. *Sic ſumtis.* z) MS. I. III. IV. *In.* a) MS. I. *medici.* b) MS. II. *Vincentia.* c) MS. II. *auctorum ſuggeſto.* d) MS. IV. *diſcurrat.* e) MS. II. *excurſum.* f) MS. II. III. IV. *abhorreat.* g) MS. II. III. *Scilicet.* h) MS. I. *notas.* i) MS. II. III. *minuit laudes.* k) MS. II. III. *Sic.* l) MS. II. III. *finis & ortsm.* m) MS. II. III. IV. *modus.* n) MS. II. *modus.* III. IV. *rudis.* o) MS. III. IV. *modus.* p) MS. I. *ſic.*

„*Intricavit* q) *hyems. Tria tempora verna peregi.*
*Suppreſſo toto ſubtilius exprimo dictum,*
*Quando modis dictis a partibus innuo totum.*
*Pars anni madeat: „Annus madet.“ Areat: „A-*
*ret.“*
*Ferveſcat: „Fervet.“* r) *Tepeat: „Tepet.“ Erogo toti,*
*Quod pars eius habet, forma rationis eadem.*
*Tu varia pro parte tui cenſebere Gyon*
*Turbidus & liquidus. Auguſtus & amplus. Amarus*
*Et ſapidus. Rurſum ſimili cenſenda tenore*
*Sicca dies, & aquoſa tamen pro parte. Colorum*
*Cum ſit uterque* s) *placens placeas utroque colore.* t)
*Eſt etiam verbi civilis abuſio, quando*
*Verbum nec proprium, nec certum,* u) *ſumitur, imo* w)
*Finitimum proprio. Puta ſi proponitur* x) *iſtud:*
„*Sunt parvae* y) *vires Itaci, pectus* z) *tamen eius*
„*Magni conſilii.“ Sic vertit* a) *abuſio verbum:*
„*Sunt vires in Vlyſſe breves, pectus tamen eius* b)
„*Longi conſilii.“* c) *Quia ſunt confinia quaedam*
*Iſtarum vocum: Longum. Magnum. Breve. Par-*
*vum.*
*Praeſcriptis formis quaedam pictura coloris* d)
*Et* e) *quiddam* f) *gravitatis ineſt, quae* g) *naſcitur*
h) *inde,*



q) MS. I. *Intravit.* IV. *incruſtravit.* r) MS. II. III. *Frigeſcat: Friget.* s) MS. IV. *utroque.* t) MS. IV. *colori.* u) MS. IV. *tritum.* w) MS. III. *immo.* x) MS I. *praeponitur.* y) MS. I. IV. *parvae ſunt.* z) MS. I. IV. *ſed mens.* a) MS. I. IV. *vertat.* b) MS. I. IV. *in pectore cuius.* c) MS. I. IV. *Longum conſilium.* d) MS. IV. *colorum.* e) MS. II. *vel.* f) MS. IV. *quoddam.* g) MS. II. III. IV. *quod.* h) MS. II. III. *provenit.*

*Quod res in medium facie non prodit aperta.*
*Nec ſua vox deſervit* i) *ei, ſed vox aliena.*
*Et ſic ſe quaſi nube tegit, ſed nube ſerena.*
*Surgit item quaedam gravitas* k) *ex ordine ſolo,*
*Quando, quae ſociat* l) *conſtructio, ſeparat ordo.*
*Vt ſit in hac forma: „Perverſio rege ſub illo.*
*„Tempus ad illud. Ea de cauſa. Rebus in illis.* m)
*Aut huius generis transiectio:* n) *„Dura* o) *creavit*
*„Peſtiferam fortuna famem. Letalis egenam*
*„Gente fames ſpoliavit humum.“ Sic ordine diſtant*
*Quae conſtructa* p) *tamen prope ſtant. Structura propinqua*
*Declarat melius* q) *ſenſum. Sed plus ſedet auri,*
*Plusque ſaporis habet, moderata remotio vocum.* r)
*Si niti gravitate velis, his utere velis.* s)
*Hunc portum teneas. Hic* t) *fixa ſit anchora mentis.*
*Sic tamen eſto gravis, ne res ſub nube tegatur.*
*Sed faciant voces, ad* u) *quod de iure tenentur.*
*Quae* w) *clauſum reſerent* x) *animum ſunt verba reperta,*
*Vt quaedam claves* y) *animi. Qui vult aperire*
*Rem clauſam nolit verbis inducere nubem.*
*Si tamen induxit, facta eſt iniuria verbis.*

*Fecit*

---

i) MS. I. *deſervet.* k) MS. III. *gravitas quaedam.* l) MS. III. *cum quae conſociat.* m) MS. II. *iſtis.* n) MS. III. *traiectio.* o) MS IV. *Dira.* p) MS. II. *ſtructura.* q) MS. I. *levius.* r) MS. II. *vocis.* s) MS. I. *verbis.* t) MS. IV. *haec.* u) MS. I. IV. *id.* w) MS. II. III. *ut.* x) MS. IV. *reſerant.* y) MS. III. *clavis.*

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

*Fecit enim de clave ſeram. Sis claviger ergo.*
*Remque tuis verbis aperi. Si namque per aures*
*Intret in* z) *aſpectus* a) *animi ſine luce loquela:*
*In fluido* b) *fundat. In ſicco plantat. In aura*
*Verberat. In* c) *ſterili ſulcum deducit arena.*
*Si qua feras* d) *igitur peregrina vel abdita verba*
*Quid poſſis ex hoc oſtendis, iusque loquendi*
*Non attendis. Ab hac macula te* e) *retrahat* f) *error* g)
*Oris, & obſcuris oppone repagula verbis.*
*Vtere conſilio, licet omnia noveris. Vnus* h)
*Maior in hoc aliis. In verbis ſis tamen unus*
*Ex aliis. Ne ſis elati, ſed ſocialis* i)
*Eloquii. Veterum clamat doctrina: Loquaris*
*Vt plures. Sapias ut pauci. Nec tamen inde* k)
*Vileſcis. Sermone potes ſimul eſſe facetus*
*Et facilis. Proprias igitur non* l) *reſpice vires,*
*Imo* m) *ſuas, cum quo loqueris. Da pondera verbis* n)
*Aequa ſuis humeris, & pro re verba loquaris.*
*Cum* o) *doceas artes* p) *ſit ſermo domeſticus arti.*
*Quaelibet ars gaudet propriis. Sed* q) *ſint ſua verba*
*Limitibus contenta ſuis. Cum veneris extra*
*In commune forum placeat* r) *communibus uti.*



z) MS. III. *ad.* a) MS. II. *ad inſpectus.* b) MS. I. *fluvio.* c) MS. II. *et.* d) MS. IV. *ſcias.* e) MS. III. IV. *ſe.* f) MS. I. IV. *retrahit.* II. *ſubtrahat.* g) MS. I. *horror.* h) MS. II. III. *ſi noveris omnia ſolus.* i) MS. I. *ſitialis.* k) MS. I. IV. *ex hoc.* l) MS. I. II. III. *ne.* m) MS. III. *Immo.* n) MS. I. IV. *verbi.* o) MS. II. III. *Si.* p) MS. II. III. *artem.* q) MS. II. III. *Si*, IV. *Sic.* r) MS. IV. *liceat.*

*In re* s) *communi communis, in appropriatis*
*Sit ſermo proprius. Sic rerum cuique geratur*
*Mos ſuus. In verbis eſt iſte probatior* t) *uſus.*
*Si ſermo velit eſſe levis, pulchrique coloris,*
*Tolle modos omnes gravitatis, & utere planis,*
*Quorum planities turpis ne* u) *terreat aures,*
*Vnde colorentur quos ſumas ecce colores:*
„*Res mala! Res peior aliis! Res peſſima rerum!*
„*O malum! miſerum malum! miſerabile malum!*
„*Cur tetigit te guſtus Adae? Cur unius omnes*
„*Culpam flemus Adae? Fuit haec guſtatio mali*
„*Publica cauſa mali. Pater, in nos tam ferus hoſtis,*
„*Se perhibet non eſſe patrem, de divite pauper,*
„*De felice miſer, de tanta luce retruſus*
„*In tenebras. Vbi nunc paradiſus, & illa voluptas,*
„*Cuius eras dominus? Tibi dico, potiſſima rerum,*
„*Vnde tibi tantum ſcelus? Erras mente favendo*
„*Vxoris facto, vetitum guſtando, loquela*
„*Facta tuendo. Favens igitur, guſtansque, tuensque,*
„*Nonne ruis merito? Dic ergo: Cur tetigiſti*
„*Pomum tam nocuum? Mihi coniunx obtulit. Ad* w) *quid*
„*Guſtaſti? Suaſit mihi rem non* x) *eſſe nocivam.*
„*Quare fautor eras? Timui feciſſe moleſtam.*
„*Poſt factum* y) *cur ſegnis eras deflere reatum*
„*Ad veniam flectendo deum, ree* z) *mortis, in hac re*
„*Quae ratio? Solus fuit error pro ratione.*

„*Liber*

s) MS. IV. *Iure.* t) MS. II. *paratior.* u) MS. II. III. *ne turpis.* w) MS. I. II. III. *Vt.* x) MS. II. III. IV. *rem noſcens.* y) MS. IV. *facinus.* z) MS. II. III. IV. *dic.*

„*Liber is eſt vitiis* a) *qui non eſt ſervus.* b) *At ille*
„*Cum ſervus fuerit,* c) *an libertate fruetur?*
„*Si tanta virtute potens non reſtitit hoſti,*
„*Vnde reſiſtemus fragiles? Et coepit* d) *ab hoſte*
„*Lapſus, & arte ſua lapſi ſumus, & ſine lapſu*
„*Vivere corrupti non poſſumus. Vtile lapſis*
„*Hoc genus auxilii: lacrimae, ieiunia, pſalmi.*
„*Cui potior Deus eſt, quam mundus, non nocet illi*
„*Spiritus immundus. Qui ſpem non ponit in hoſte,* e)
„*Vnde timere poteſt hoſtem? Gravis ad nocumenta* f)
„*Si ſolis ſolet eſſe ſuis, lex non ſinit aequa,* g)
„*Vt ſimus de plebe ſua, ne forte procellae*
„*Nos mergant gravitate ſua.* h) *Servemus honeſta,*
„*Et mala vitemus. Quia virtus optima rerum,*
„*Peſſima res vitium, Nihil aeque pernicioſum.*
„*Hoc erat expertus, cuius fuit ille miſertus,*
„*Qui dignans naſci venit de morte renaſci;*
„*Vnus* i) *qui potuit, quod profuit omnibus, eſſe.*
„*Hac* k) *in carne ſine carie. Nec criminis hamo*
„*Captus. Homo ſimplex & ſupplex* l) *luſit iniquum*
„*Serpentem, qui nos deluſit.* m) *Et hoſtia factus*
„*Hoſtem confecit,* n) *& eum moriendo remordit.*
„*Serpens invidiae, noſtraeque propaginis hoſtis,*
„*Cur cruce damnaſti Chriſtum? Meruitne? Sed ex-*
*pers*
„*Omnis erat maculae. Corpus phantaſma putaſti?*

 „*Sed*

a) MS. I. IV. *vitii.* b) MS. II. III. *inſervit.* c) MS. IV. *fuerat.* d) MS. I. *capit.* e) MS. IV. *hoſtem.* f) MS. II. *nocumentum.* g) MS. IV. *eſſe.* h) MS. II. *ſui.* i) MS. II. III. *Munus.* k) MS. IV. *Hic.* l) MS. III. *ſupplex & ſimplex.* m) MS. II. III. *Eliſit.* n) MS. I. *confregit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Sed veram carnem ſumſit de virgine. Purum*
„*Credebas hominem? Sed ſe virtute probavit*
„*Eſſe Deum. Quare merito damnare. Memento:*
„*Servus, qui damnat dominum* o) *damnatur ab illo.*
„*Sic in eo* p) *iuſte damnatio deſiit, a quo*
„*Coeperat. Hoſtis enim primus* q) *damnaverat Evam.*
„*Eva ſecunda virum. Vir tertius omne quod eius*
„*Stirpis erat. Stirps quarta Deum. Deus ultimus hoſtem,*
„*Cui mors ipſe fuit. Fuit & ſic profuit orbi.* r)
„*Profuit & potuit, Potuit, quia cuncta redemit.*
„*Si de poſſe ſuo contenderet, absque labore*
„*Omnia ſalvaſſet. Eſt eius namque poteſtas*
„*Omnipotens virtus, & cui datur* s) *omnia poſſe*
„*Nutu, vel verbo, vel ſolo velle. Videtis*
„*Quod* t) *potuit. Sequitur: cur noluit. Ecce tenorem*
„*Cauſae. Si* u) *fieret hoſti violentia, poſſet,*
„*Imo pateret, in hoc* w) *id agens iniurius eſſe.*
„*Vnde, ſed ut notum pertranſeo, regula iuris*
„*Dixerit:* x) *Vt ſic* y) *hominem fallaciter* z) *hoſtis*
„*Mortificavit,* a) *ea forma ſubtiliter hoſtem*
„*Mortificaret homo, captum deitatis* b) *ab hamo.*
„*Hac ratione deus in vera* c) *carne morari*

„*No-*

o) MS. II. III. *dominum damnat.* p) MS. II. III. IV. *eum.* q) MS. I. *prius.* r) MS. IV. *illi.* s) MS. III. *cui datur &.* t) MS. I. *quid.* u) MS. III. *Sic.* w) MS. II. III. IV. *probaretur.* x) MS. II. III. IV. *Dixerat.* y) MS. II. III. IV. *ſicut.* z) MS. II. III. *ſubtiliter.* a) MS. II. *Mortificarat.* b) MS. I. *duritatis.* c) MS. II. III. *mortis.*

*„Nobiſcum venit. A carnis labe notari*
*„Non potuit. Tandemque ſuo nos ſanguine lavit,*
*„Qui vitae mortisque potens hanc rupit & illam.*
*„Rupit enim vitam moriens, mortemque reſurgens* d)
*„Nec* e) *praeſumta ſuos, ſed vita reſumta redemit.*
*„Proditor humanae naturae! Proditor inquam!*
*„Vis ubi nunc tua? Vis haec,* f) *mors, tua vincula rupit.*
*„Rupit* g) *vi mira tua vincula, Mors! Sua quam mors*
*„Felix! Quam felix mors! Illa redemtio noſtra.*
*„Haec ſua mors animae ſanavit vulnera. Lavit*
*„Sordes. Amovit culpas. O quam pia Chriſti*
*„Gratia! Quam grata pietas! Tibi, fons pietatis,*
*„Ex hoc* h) *me totum foveo. Da, tolle, flagella.*
*„Parce. Iube. Prohibe. Facias utrumlibet. Ecce*
*„Servus ego. Domine, ſicut libet, utere ſervo.*
*„Quicquid agas, grates* i) *ago. Ieſu tam bone! quem te*
*„Dicam? Sive pium te dicam, ſeu pietatem*
*„Ipſam, ſeu fontem pietatis, ſeu magis addam:*
*„Maior es. Hic tantus voluit tantillulus eſſe.* k)
*„In forma ſervi veniens evincere venit*
*„Quas amiſit oves, quae vi* l) *raperentur ab hoſte,*
*„Non de iudicio. Niſi forte revinceret hoſtem,*
*„Sicut erat praevictus* m) *homo. Sed* n) *debuit eſſe*
*„Talis homo purus,* o) *aut angelus, aut Deus. Eſſe*



d) MS. II. III. *revivens.* e) MS. III. *Ac.* f) MS. II. III. IV. *ubi.* g) MS. IV. *Rumpit.* h) MS. II. III. *Ieſu.* i) MS. IV, *gratias.* k) MS. II. *eſſet.* l) MS. IV. *ne.* m) MS. IV. *devictus.* n) MS. IV. *ſi.* o) MS. I. *primus.*

„*Purus* p) *non potuit : quia purum* q) *vinceret* r) *hoſtis* s)
„*Impurus.* t) *Poſſetque leves* u) *incurrere lapſus.*
„*Angele non poteras : Quia cum natura ruiſſet*
„*Propria, non ſtares in* w) *noſtra. Sed tamen eſto.*
„*Eſto, quod alteruter firma virtute ſtetiſſet,*
„*Nosque redemiſſet. Conſtat minus eſſe creari,*
„*Quam redimi. Reparatus homo minus ergo creanti,*
„*Plusque* x) *teneretur* y) *redimenti. Sicque fuiſſet*
„*Pluris opus factore ſuo. Fuit ergo neceſſe,*
„*Vt Deus eſſet homo, cuius ſapientia plena*
„*Humanos regeret ſenſus* z) *deitatis* a) *habena.*
„*Cui ſoli mundus deberet utrumque : Creari*
„*Et redimi ; cultumque Deo* b) *perſolveret uni.*
„*Sicut opus fuerat, ſic res proceſſit in actum.*
„*Perſonis aliis ſimplex natura* c) *remanſit ;*
„*Filius univit ſe noſtrae, clauſus in alvo* d)
„*Virginis. Incluſit uterus, quem claudere mundus*
„*Non potuit. Coepit in tempore, qui fuit ante*
„*Tempora. Verus homo ; verus Deus. Omnia noſtra*
„*Pertulit, excepta culpa. Ludibria paſſus*
„*Mutuit. Afflictus plagis per vincula mortis*
„*Tranſiit. In dira* e) *cruce corpus mite pependit.*

„*Spi-*

p) MS. I. *primus.* q) MS. II. III. IV. *purus.* r) MS. II. *protinus.* III. *promptius.* IV. *promtior.* s) MS. II. III. IV. *eſſet.* t) MS. IV. *Impuro.* u) MS. II. *lues.* w) MS. I. II. IV. *vi* x) MS. I. *Plusquam.* y) MS. II. *tenerentur.* z) MS. I. IV. *Senſus humanos regeret.* a) MS. I. *diritatis.* b) MS. II. III. *ſuum.* c) MS. IV. *perſona.* d) MS. I. II. III. *aula.* e) MS. III. *dura.*

*„Spiritus emiſſus, novus hoſpes, ad infera venit.*
*„Poſt biduum* f) *victor propria virtute revixit.*
*„Abductas ſic* g) *paſtor oves ad ovile revexit.* h)
*„Res haec quanta fuit! & quae! Sed tranſeo* i) *nomen,*
*„Cum nequeat ſumi tanto conforme ſtupori.*
*„Ergo cum redimi non poſſet, ni Deus eſſet,*
*„Factus homo. Factusque Deus homo vicit. Et eius* k)
*„Mors mortem. Vitaque* l) *ſuos a morte redemit.*
*Verborum flores hoc thema redegit in unum,*
*In quibus eſt brevitas,* m) *& propria ſumtio vocum.*
*Nil perit ex numero. Nec omittitur ordo colorum.*
*Si* n) *tamen improprie quandoque vocabula ſumſi,*
*Cum levibus decuit mixtim* o) *gravioribus* p) *uti,*
q) *Vt, quamvis ſapiat propriae* r) *dulcedine formae,*
*Plus ſaperet levitas gravium condita ſapore.*
*Sic igitur* s) *cordis digitus* t) *decerpat in agro*
*Rhetoricae flores eius. Sed floreat illis*
*Sparſim ſermo tuus variis,* u) *non creber eisdem.*
*Floribus ex variis melior redolentia ſurgit.*
*Quod ſapit, inſipidum vitioſa frequentia reddit.*
*Sunt alii flores, quibus eſt ſententia vocum*
*Florida, quos omnes claudo brevitate ſub iſta:*



f) MS. IV. *triduum.* g) MS. IV. *ita.* h) MS. II. III. IV. *reduxit.* i) MS. IV. *Pertranſeo.* k) MS. I. II. IV. *Nec homo factus, niſi vincere mortem.* l) MS. I. II. IV. *Diſpoſuit. Mors victa.* m) MS. IV. *lenitas.* n) MS. I. *Sed.* o) MS. II. III. *mixtis.* p) MS. I. II. III. *gravitatibus.* q) Hi duo verſus pracponuntur antecedenti in MS. II. r) MS. IV. *mixta.* s) MS. IV. *ergo.* t) MS. II. III. *digitus cordis.* u) MS. I. *varius.*

*Quando coloratur ſententia ſic operatur:*
*Diſtribuit variis diſtincta negotia rebus,*
*Aut in perſonas varias.* w) *Cum culpat honeſte*
*Et licite dominos, vel* x) *amicos, nemine verbis*
*Offenſo. Cum plus notat in re quam ſit in ore.*
*Et rem diminuit verbo, ſed more modeſto.*
*Resque ſecuturas etiam deſcribit, & illas*
*Quae poſſunt de* y) *re dicta contingere. Quadam*
*Cum gravitate tamen dilucidat omnia plene.*
*Aut* z) *rem disiungens* a) *a re ratione ſecuta*
*Ambas abſolvit. Vel ſingula rurſus in unum*
*Conveniunt, &, quae ſunt undique ſparſa, reſumit.*
*In* b) *replicando frequens iterum variando colorem* c)
*Dicere res plures videor. Sed ſemper in una*
*Remoror,* d) *ut poliam rem, melius,* e) *& quaſi crebra*
*Expoliam lima, quod ſit ſub duplice forma:*
*Dicendo varie, vel eandem rem, vel eadem*
*De re. Tripliciter varie dicemus* f) *eandem*
*Rem. Septemque modis varie dicemus eadem*
*De re. Quos* g) *omnes lege plenius in Cicerone.*
*Aut ad idem punctum deſcendo. Frequenter ibidem*
*Commoror.* h) *Aut aliter, quando res comparo. Secum*
*Contendunt poſitae rationes. Saepius ex re*
*Diſſimili ſimilem traho. Vel cum nomine certi*
*Autoris rem, quam dixit, vel quam prius egit.*

Ex-

w) MS. III. *alias.* x) MS. II. III. *&.* y) MS. II. III. IV. *ex.* z) MS. II. III. *Et.* a) MS. III. *diſtinguens.* b) MS. III. *Et.* c) MS. IV. *colores.* d) MS. II. IV. *Demoror.* e) MS. II. III IV. *plenius.* f) MS. II. *dicetur.* g) MS. II. *quas,* h) MS. II. III. *Dum moror.*

*Exemplum pono. Doctos* i) *vel omitto colores,*
*Et color accedit alius. Collatio facta*
*Formae cum ſimili* k) *forma ſub imagine recta.*
*Sive color vicinus ei, cum* l) *corporis ipſam,*
*In quantum ſatis eſt, effingo vel exprimo formam.*
*Deinde quaſi quasdam notulas, certiſſima ſigna,*
*Pono. Quibus quae ſit hominis natura patenter* m)
*Deſcribo. Color iſte magis, meliusque, colorat.*
*En alium florem perſonae, quando loquenti*
*Sermo coaptatur, redoletque loquela loquentem.*
*Poſtea* n) *res ipſas* o) *alia novitate colorans*
*Cui prohibet natura loqui, modo dando loquelam*
*Perſonam conformo novam; modo ſuſpicioni*
*Plus do, quam vocis ſigno;* p) *modo comprimo totam*
*Rem* q) *brevibus verbis, &* r) *eis quibus indiget ipſa,*
*Non aliis. Modo res ita ſe demonſtrat aperte,*
*Vt quaſi ſit praeſens oculis, quod fiet ad unguem*
*Iſtis quinque modis: Si monſtro quid ante; quid in re;*
*Quid poſt haec;* s) *quae rem circumſtent, quaeve ſequantur.*
*In ſerie dicta lege quae ſint ſchemata rerum;*
*Quot numero. Bis namque decem, ſi ſubtrahis unum.*
*Quam ſeriem teneant. Quia non variabitur ordo,*
*Quem teuui. Poſitis exemplis rem pateſeci:*
„*Eſt Papae leges ſacras* t) *dictare, Minorum*
„*Prae-*

i) MS. II. III. IV. *dictos.* k) MS. II. *conſimili.* l) MS. II. III *dum.* m) MS. I. *potenter.* n) MS. I. *Denique.* o) MS II. III. *alias.* p) MS. IV. *voci ſignis.* q) MS. II. *Res.* r) MS. II. III. *vel.* s) MS. III. *Vel quid poſt.* t) MS. II. III. *ſacras leges.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Praeſcriptam* u) *iuris formam ſervare. Sed errant*
„*Quamplures, quorum Te, Papa, redarguit error.*
„*Parcis, non punis, enormia lucra ſequentes.*
„*Illicitum* w) *vendunt, & emunt, ſine vindice culpae.*
„*Papa potens, cuius non eſt breve poſſe, memento*
„*Vindictae. Manſuete pater, quandoque mucronem*
„*Exime.* x) *Si dormit vindicta, vagabitur errans,*
„*Vt* y) *lupus inſultans, aut ut vulpecula damno* z)
„*Inſidians. Meditabitur hinc, operabitnr* a) *inde*
„*Nequitias. Occultus in hoc, manifeſtus in illo.*
„*Plenus utrinque malo. Duo ſunt mala: Fraus Simoniae;*
„*Frigus avaritiae. Perplectitur* b) *iſtud & illud* c)
„*Non deteſtatur. Sed inani voce laboro.*
„*Quicquid in hunc* d) *dicam, laterem lavo. Si probo, non eſt*
„*Hoc eius meritum. Si reprobo, non movet eius*
„*Crimen eum. Lege* e) *quicquid habet de felle. Legetur:*
„*Praeſens blanditor. Abſens detractor. Amicus*
„*Apparens. Hoſtis tectus. Poſſeſſor avarus.*
„*Exactor durus. Praedo gravis. Ambitioſus*
„*Inſtitor. Illicitus emtor. Celer ad* f) *ſimoniae* g)
„*Tam generale malum. Scelerum, Pater Optime, vindex* h)

„*Ad*

u) Editio fragmenti Flaciana: *Praeſcripti.* w) MS. IV. *Illicite.* x) MS. II. III. *Exſere.* IV. *Extrahe.* y) MS. IV. *Et.* z) MS. II. III. *damae.* a) MS. I. IV. *Operabitur hinc, meditabitur.* b) MS. IV. *Complectitur.* c) MS. III. *illud & iſtud.* d) MS. IV. *hoc.* e) MS. II. *Sed.* f) MS. II. *Pereat.* g) MS. IV. *ſimoniam.* h) MS. I. *iudex.*

„Ad ſcelus hoc appone i) manum. k) Prudentia Papae
„Vult, & habet, ſepelire nefas. Non eſt alienum
„Hoc opus a Papa prudente, nec iſta voluntas.
„Papa bonns l) tractes m) iſta n) tecum ſaepius: O quam
„Mira Dei virtus! o) Quam magna p) potentia! Quantus
„Sum? Quantillus eram? Subito de ſtipite parvo
„In cedrum crevi magnam. q) Deus ille deorum
„Mirificavit r) opus proprium. Sub flore iuventae
„Me voluit caput eſſe ſenum. Mirabile donum!
„Dat iuveni claves regni coeleſtis, & orbis
„Imperium. s) Nondum decurſo t) tempore multo
„Cor geſſi ſciolum. Fuit os rude. Poſſe puſillum.
„Iam u) cor, & os, & poſſe meum, ſic extulit, & ſic
„Praetulit ex w) aliis, ut ſim ſtupor unicus orbis.
„Iſtud opus non eſt humanum. Gratia ſummi
„Me fecit ſummum. Mihi nec laus inde, ſed illi
„Grates, de cuius pleno x) ſuſcepimus omnes.
„Vnde magis teneor, & ſtrictius obligor illi
„Ponere, quod poni diſponit; tollere, tolli
„Quod ſtatuit; velle, quod vult; odiſſe, quod odit.
„Et cupio quod y) ſic aſtringor: Et omnia ponam,
„Quae poni; tollam, quae tolli iuſſit. In uno z)
„Solli-

i) MS. II. *extende.* k) MS. IV. *malum.* l) MS. II. III. IV. *diu.* Edit. Flac. *potens.* m) Flac. *tractas.* n) MS. II. III. IV. *ita.* o) MS. II. III. IV. *pietas.* p) MS. II. III. IV. *mira.* q) MS. II. III. *magnam cedrum crevi.* r) MS. II. III. *magnificavit.* s) MS. IV. *in paribus.* t) MS. III. *diſcurſo.* IV. *tranſacto.* u) MS. II. III. IV. *Nunc.* w) MS. II. III. IV. *hoc.* x) MS. I. *dono.* y) MS. I. *quia.* z) MS. IV. *imo.*

„*Sollicitus : Velle, quod vult ; odiſſe, quod odit.*
„*Quisnam tam cerebri vacuus ? tam pectoris expers ?*
„*Tam ſine ſe? quin laudet opus, quin iudicet illud*
„*Prudentis venae.* a) *Prudens ita Papa laborem*
„*Totum fundat in hoc. Et ob hoc* b) *quia tanta poteſtas*
„*Illi ceſſit, ad* c) *hoc maculas ut tolleret orbis,*
„*Vt mundum faceret mundum, quem* d) *limite dextro* e)
„*Duceret in coelum, quia ſic Deus extulit illum*
„*Hoc ad opus, refert illius, ut hoc operetur.*
„*Ergo remiſſus in* f) *hoc, fons eſt & origo duobus*
„*Damnis. Nam pariter ſuus eſt, & publicus, hoſtis.*
„*An melius mundo ſomno torpente nocere,* g)
„*Quam vigili prodeſſe cura ?* h) *Memento notare :*
„*Inſtar Papa boni paſtoris ab ore lupino*
„*Servat ovile ſuum. Vel, quomodo phyſica curat*
„*Corpora, ſic animas, &* i) *vulnera ſanat* k) *earum.*
„*Phyſicus, & paſtor, noſter Deus omnia ſanans*
„*Propter oves animam poſuit. Sic* l) *vi rationis*
„*Conſtat, & exempli, tollenda nefaria mundi.*
„*Ergo nefas ſepeli, pie Papa, ſubambule* m) *Petri.*
„*Cumque ſuo Simone detur ſimonia ruinae.*
„*Propria quemque* n) *gravat ſordes. Te praegravat unum :*

„*Pu-*

a) Flac. *veniae.* b) MS. II. III. IV. *orbis.* c) Fl. *in.* d) Flac. *quia.* e) Fl. *dextra.* f) Flac. *ad.* g) MS. II. *iacere.* h) MS. III. *cura prodeſſe.* i) MS. I. *vel.* k) MS. II. III. IV. *curat.* l) Flac. MS. II. III. IV. *Sed.* m) MS. III. *ſubambula.* n) Flac. *quaeque.*

„*Publica pernicies. Haec unica ſubruit omnes.*
„*Sit, quod eos nullum mortale remordeat, illud* o)
„*Dum tamen obſit* p) *eis, animae mors pendet ab* q) *uno,*
„*Sicut & a multis. Vt navis non minus una,*
„*Quam varia, rima cauſam praeſtante ſubortis*
„*Abſorbetur aquis. Sed idem facit utraque peſtis.*
„*Vix tamen eſſe poteſt, ut homo ſine crimine vivat.*
„*Ethicus unde* r) *Cato: Nemo ſine crimine vivit.*
„*Ille malignantis naturae ſpiritus, hoſtis*
„*Publicus, occultis* s) *hominem circumvolat alis*
„*Anxius, ut revocet quem* t) *perdidit. Abſtulit illum* u)
„*Ille pugil* w) *noſter, mira* x) *virtute leonis;*
„*Aſtu ſerpentis; & ſimplicitate columbae.*
„*Ille quis? Ille gigas?* y) *Naturae duplicis. Expers*
„*Totius maculae. Subrufus imagine. Viſu*
„*Dulcis. Et angelicum ſpeculum. Specioſa figura*
„*Prae formis hominum. Specialis imago prioris.*
„*Ille* z) *ſecundus Adam, qui nobis oſtia vitae*
„*Clave ſuae mortis patefecit. Ad illa vocati*
„*Gaudia quid facimus? Torpemus imagine pigri.*
„*Sciſne moram pigri? Si mane vocetur* a) *obaudit,*
„*Si citetur adhuc iterata voce ſonora,*

„*Nare*

o) MS. II. III. IV. *iſtud.* p) Flac. *obſtat.* q) Flac. *in.* r) MS. III. *inde.* s) MS. IV. *occultus.* t) MS. II. *quos.* u) MS. II. III. IV. *illi.* w) MS. II. III. *gygas.* x) MS. II. *miri.* y) MS. I, *quidem.* z) MS. II, III, *iſte.* a) MS. IV. *vocatur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„*Nare vigil ſtertit. Tandem clamore coactus,*
„*Ore tamen lento*, b) *linguam movet. Hei* c) *mihi quid vis?*
„*Inquit. Surge. Veni. Nox eſt, permitte quieſcam.*
„*Imo dies eſt. Surge. Deus meus! Ecce* d) *ego ſurgo.*
„*Vade. Sequar.* e) *Nec eum ſequitur, quem decipit* f) *& tunc.*
„*Non venies? Dudum veniſſem, ſed mihi veſtes*
„*Quaero, nec invenio. Nihil eſt. Te Birria novi.*
„*Surge cito. Domine ſum praeſto. Nec eſt tamen. Imo* g)
„*Vel caput huc, illuc, vertit. Vel brachia ſcalpit.*
„*Membra vel in longum diſtendit. Sic ſibi* h) *quasdam*
„*Vndelibet morulas quaerit. Semper venit ore,*
„*Non* i) *pede. Sed* k) *veniens nunquam venit. Ipſe* l) *coactus*
„*Forte, movens greſſum trahit a teſtudine motum.*
„*Huius imago ſumus ad gaudia vera vocati.*
„*Deliciis variis capti, vel pectoris aures* m)
„*Obſtruimus, vel, ſi patet auris, ad illa venire*
„*Semper differimus*, n) *vel, ſi fortaſſe venimus*
„*Nolentes tracti, motu teſtudinis imus.*
„*Immemores noſtri domino* o) *praeponimus hoſtem.* p)

„*Heu*

---

b) MS. I. *lentus.* c) MS. II. III. IV. *Et.* d) MS. II. III. IV. *En.* e) MS. II. *ſequor.* f) MS. II. III. *negligit.* IV. *decipis.* g) MS. III. *Immo.* h) MS. I. *quaſi.* i) MS. III. *Nec.* k) MS. III. *Sic.* l) MS. II. III. *ille.* IV. *ecce.* m) MS. II. *aurem.* n) MS. II. III. *Differimus ſemper.* o) MS. II. III. *dominum.* p) MS. II. III. IV. *poſtponimus hoſti.*

*,,Heu miſeri! Cur non volumus meminiſſe diei*
*,,Conſilii,* q) *qua nos manus eius ab ungue* r) *redemit*
*,,Hoſtili? O* s) *meminiſſe decet quid,* t) *qualia, quanta,*
*,,Pertulit, in poenis, in verbis ridiculoſis.*
*,,Pontificis ſervus domini reſponſa maligne*
*,,Arguit, & feriens: Reſpondes taliter, inquit,*
*,,Pontifici? Subiecit* u) *ad hoc manſuetus:* w) *Amice*
*,,Si male quid dixi, dic in quo. Si bene, cur* x) *me*
*,,Caedis? Item* y) *Pilate tibi pro poſſe rebellis* z)
*,,Intonuit* a) *Iudaea frequens:* b) *Crucifige. Reſumens,*
*,,Et clamans iterum: Crucifige. Subintulit alter,*
*,,Ictibus incuſſis, haec ridiculoſa: Propheta*
*,,Chriſte! Quis eſt qui te percuſſit? Et addidit iſtis* c)
*,,Improperans alius: Alios ſalvavit, & in ſe*
*,,Defuit.* d) *In domino ſperavit. Liberet illum,*
*,,Si vult. Sic voluit tractari ridiculoſe,*
*,,Qui virgis caeſus, ligno ſuſpenſus, aceto*
*,,Potatus, ferro transfixus, arundine quaſſus,*
*,,Cuſpide ſpinarum ſeptus* e) *caput, omnia paſſus*
*,,Triſtia, tam varias mortes concluſit in una.*
f) *,,Sputa, flagella, minae, probra, clavi, lancea, ſpinae,*
*,,Felici fine noſtrae ſunt* g) *meta ruinae.*
*,,His, homo, deliciis, hac te crucis arte redemit,*



q) MS. II. III. IV. *Vindictae.* r) MS. II. *angue.* s) deeſt in MS. II. III. IV. t) MS. II. *quibus quae.* III. IV. *quidem quae.* u) MS. II. III. *manſuetus.* w) MS. II. III *reſpondit.* IV. *reſpondet.* x) MS. II. III. *quid.* y) MS. II. *adhaec.* III. *adhoc.* z) MS. II. III. IV. *rebelli.* a) MS. I. *infremuit.* b) MS. II. III. IV. *fremens.* c) MS. III. *iſtud.* d) MS. II. IV. *Deficit.* e) MS. IV. *ſeptum.* f) Hi quatuor verſus deſunt in MS. I. g) MS. IV. *ſunt noſtrae.*

„*Fortiter infirmus dum mortem morte peremit.*
„*Cum* h) *mortem pateretur, ait natura: Neceſſe* i)
„*Eſt* k) *patiar. Dominus patitur. Complangite mecum*
„*Omne genus rerum. Coelum tua lumina claude.*
„*Aer caliga. Mare clama. Terra tremiſce.*
„*Omnia flete ſimul elementa. Perhorruit ergo*
„*Planctibus, & totam* l) *ſe rupit. Signa dederunt* m)
„*Omne genus rerum, Coelum ſua lumina claudens,*
„*Aer caligans,* n) *mare clamans, terra tremiſcens,*
„*Omnia cum lacrimis elementa. Nec accidit iſtud*
„*Ex ſolita rerum ſerie,* o) *ſed vim quia* p) *mortis*
„*Paſſus erat dominus naturae. Vim ſimul iſtam* q)
„*Paſſa fuit natura ſuo compaſſa dolori.*
„*Sola Deum riſit morientem natio prava,*
„*Cuius in opprobrium* r) *ſunt poſteriora. Propago*
„*Perfida! Gens durae cervicis! Diſce cor illud*
„*Sic induratum mollire. Memento ruinae*
„*Terribilis* s) *duri* t) *Pharaonis. Diſce beari.*
„*Singula de Chriſto ſcrutare. Videbis aperte.*
„*Nonne pati Chriſtus ſic debuit?* u) *Indice ſcripto:*
„*A ligno dominus regnavit, ibique triumphans*
„*Vicit, & eiecit hoſtem, mundumque redemit.*
„*Sic homini pugnavit homo, ſed homo Deus ipſe*
„*Tunc certans,* w) *modo ſceptra* x) *tenens,* y) *iudexque futurus.*

„*Quod*

h) MS. I. II. *Dum.* i) MS. II. III. IV. addunt: *Eſt.* k) MS. II. IV. *Vt.* l) MS. II. *motam.* m) MS. I. *dedere.* n) MS. I. *caliginis.* o) MS. II. III. *rerum ſerie ſolita.* p) MS. I. II. *quaſi.* q) MS. I. *ipſam.* r) MS. III. *opprobrio.* s) MS. I. *terribilisque.* t) MS. I. *ducis.* IV. *diri.* u) MS. III. *debuit ſic.* w) MS. II. *pugnans.* x) MS. II, III. IV. *regna.* y) MS. II. III. *tenet.*

*„Quod* z) *Deus, & nullus alius, quod* a) *filius ipſe,*
*„Non perſona patris, vel* b) *ſacri flaminis, eſſe*
*„Debuit ipſa ſalus hominis, ſic collige paucis:*
*„Civibus angelicis coelo naſcente creatis,*
*„Lucifer, egregiae lucis, de luce creantis*
*„Plus aliis ſumſit, ideo* c) *praeſumſit. Et inde*
*„Turgidus in lucem ſummam praeſumere coepit.*
*„Vidit enim, gigni lumen de lumine, verbum*
*„De patre. Vidit item, ſacrum* d) *procedere flamen*
*„Ex utroque. Trium naturam vidit eandem.*
*„Et tres diverſas perſonas* e) *vidit. Et uni*
*„Invidit ſoli verbo. Voluitque creatus*
*„Patris adaequari genito. Diſpono* f) *ſedere*
*„Ad partes aquilonis, ait, ſimilisque* g) *videri* h)
*„Summo. Sic voluit fieri ſcelus incola coeli.*
*„Sed brevis hoſpes erat, quia coelum ferre ſceleſtum*
*„Non potuit. Sed ibi mox lucifer, ut fuit* i) *ortus,*
*„Occidit, & verſum fuit illi* k) *mane repente*
*„In ſero. Bonitas in peius. Apex in abyſſum.*
*„Spiritus in daemonem.* l) *Fueratque* m) *biformis in hora:*
*„Clarus & obſcurus. Bonus & malus. Altus & imus.*
*„Angelus & daemon. Qui paſſus ad ima ruinam*

 *„Omni-*

z) Fragmentum quoddam MS. Guelpherbytanum. MS. II. III. IV. *Cur.* a) Fragm. MS. II. III. IV. *Cur.* b) MS. III. *aut.* c) MS. II. III. *accepit eo.* d) Fragm. MS. II. II. *ſanctum.* e) Fragm. MS. *Et has perſonas diverſas.* MS. I. *Perſonas varias tres illas.* f) MS. II. III. *propono.* g) MS. III. *ſimulque.* h) Fragm. MS. II. III. IV. *ſedebo.* i) MS. I. *ubi fuerat mox lucifer.* k) MS. I. *illud.* l) MS. II. III. IV. *Sanctum in daemonium.* m) MS. IV. *fuerat.*

„*Omnibus ordinibus decimam detraxit, & aeque*
„*Vnicuique ſuam. Poſt curſum* n) *quinque dierum*
„*Sexta dies formavit Adam, formavit & Evam,*
„*Concives, paradiſe, tuos. Quibus auctor* o) *eorum:*
„*Omne genus ligni guſtate, bonique, malique.*
„*Notitiae lignum ne* p) *tangite. Subdidit autem* q)
„*Cauſam: Ne guſtu morerentur morte. Quid iſte?* r)
„*Vidit eos, & ad hoc formatos, ut repararent*
„*Angelicum numerum, qui corruit, & fruerentur*
„*Delitiis illis, quas perdidit angelus.* s) *Inde*
„*Quid faceret* t) *verſans. Serpentis imagine ſumta*
„*Rectus & erectus veniens* u) *clam venit ad Evam,*
„*Affari non auſus Adam. Cur, inquit, ab eſu*
„*Praefati ligni prohiberis? Subdidit illa:*
„*Hoc ideo, ne forte per hoc moriamur. Ad illud* x)
„*Forte minus fortem credentem vidit. Et inde*
„*Fortior his illam vicit. Non ſic, ait, immo*
„*Veſcere. Sicque ſciens potes eſſe bonique malique,*
„*Sicut dii. Tumefecit eam ſpes irrita tanti*
„*Polliciti. Vetitum guſtavit. Idemque* y) *maritus,*
„*Ne turbaret eam, quamvis ſibi conſcius, egit.*
„*Ille* z) *fuit primus error. Sed culpa ſecunda*
„*Deterior, non velle ſuum deflere reatum,*
„*Nec precibus pulſare Deum. Sed & ille retorſit*
„*Crimen in uxoris vitium.* a) *Quod* b) *& uxor. Et illa*

„*In*

---

n) MS. II III. IV. *curſus.* o) MS. I. *actor.* p) MS. IV. *non.* q) MS. I. *ante.* r) MS. II. III. IV. *ergo.* s) MS. IV. *anxius.* t) MS. I. *faciet.* u) MS. II. *ſubiens.* x) MS. II. III. *At ille.* y) MS. IV. *indeque.* z) MS. II. III. IV. *Iſte.* a) MS. II. III. IV. *munus.* b) MS. I. II. IV. *quid.*

„In fraudem ſerpentis. Et haec defenſio culpae
„Fons maioris erat offenſae. Sed c) cecidere
„De ſolio, paradiſe, tuo. Damnatus uterque.
„Sic genus humanum periit. Nec profuit ulli d)
„Vel ius naturae, vel ius legale, vel ulla
„Virtus, quin animas glutiret tartarus omnes.
„Tanta, tot excurſis annorum millibus, ira
„Infremuit, nec adhuc tam dira procella quievit.
„Filius ergo Dei e) ſecum: Quia Lucifer in me
„Praeſumſit, ruit, & periit. Fuit illa ruina
„Iſtius radix. Sic ſum quaſi cauſa remota
„Huius peſtis. Ero vicinae cauſa ſalutis.
„Si certare velim propria vi, corruet f) hoſtis
„De g) facili. Sed ſic ſi vincam, h) viribus utar,
„Et non iudicio. Quare cum vicerit hoſtis
„Calliditas hominem ductu rationis, oportet
„Vt ſit homo qui vincat eum; lapſusque reſurgat,
„Qui cecidit; ſeſeque potens evellat ab eius
„Vnguibus; & liber incedat vertice i) recto,
„Qui ſervile iugum ſubiit; vivatque beatus,
„Qui miſere k) periit. Sed ut ille Deus ſit oportet. l)
„Non aliter virtus hominis proſterneret hoſtem,
„Ni Deus indueret carnem. Quia ſic erit una
„Cum virtute Dei virtus humana. Neceſſe
„Eſt igitur, m) ſicut hominem proſtravit, ab ipſo n)



c) MS. II III. IV. *Sic.* d) MS. I. *illi.* e) MS. I. IV. addunt: *ait.* f) MS. IV. *corruit.* g) MS. II. III IV. *Ex.* h) MS. I. *vicero.* i) MS. II. III IV. *tramite.* k MS. I. *miſer.* l) MS. I. *oportet ut ille Deus ſit.* m) MS. IV. *ergo.* n) MS. MS. II. III. *illo.*

„*Sternatur. Sicut* o) *a ligno vicit, & inde*
„*Vincatur. Laqueo, quem fecit, eo capiatur.*
„*Filius haec ſecum.* p) *Fuit ergo paraclitus autor*
„*Conceptus, propriaque manu contexuit illi*
„*Humanos habitus, qui clam deſcendit* q) *in aulam*
„*Virginis, & foribus clauſis egreſſus ab aula*
„*Virginea, porta clauſa. Res undique mira.*
„*Ingreſſus mirus. Egreſſus mirus. Et omnis*
„*Vitae progreſſus mirus. Nihil hoſtis in illo*
„*Repperit eſſe ſuum. Sed rem tamen eſt alienam*
„*Aggreſſus. Damnans illum damnatur* r) *ab illo.*
„*Morte crucis damnavit eum. Tulit in cruce noſtras*
„*Non proprias* s) *culpas.* t) *Ibi crimina noſtra luebat.* u)
„*Et, quae non rapuit, tunc exſolvebat. At ipſa*
„*Mors non evaſit, dum ſic invaderet illum.* w)
„*Quae dum ſorberet hominem, deitatis* x) *ab hamo*
„*Interempta* y) *fuit. Et ſic abſorpta putavit*
„*Vincere. Sed ſtupuit vinci. Quia ſpiritus eius*
„*Tartara iure ſuo ſpoliavit, & eius amicis*
„*Convertit tenebras luctus in gaudia lucis.* z)
„*Quos regio mortis tenuit ſic ſola redemit*
„*Gratia. Propter quem coepit, ſic deſtitit, ira.*
*Schemata* a) *ſi* b) *rerum* c) *plene ſcruteris in illis*
*Omni-*

---

o) MS. I. II. *Sic.* p) MS. I. *Eius.* q) MS. II. *deſcendit Chriſtus.* r) MS. I. II. III. *damnatus.* s) MS. I. *eius.* t) MS. I. II. IV. *maculas.* u) MS. I. *delebat.* w) MS. IV. *ipſum.* x) MS. I. *diritatis.* y) MS. II. III. IV. *intercepta.* z) MS. IV. *vitae.* a) MS. I. *Stemmata.* b) MS. I. *ſic.* c) MS. II. *Si rerum flores.*

*Omnibus, oſtendit ſententia* d) *rem manifeſte.*
*Sola duo tolles, ubi rem non ponit aperte.*
*Hoc ita propoſito : „Non eſt mea parva poteſtas,*
*„Non exilis honor ;“ plus innuo* e) *quam loquor. Et res*
*Eſt ipſo verbo maior, pro parte meorum*
*Si veniam, ſi* f) *fortaſſe loquor. Modus iſte loquendi*
*Eſt ſapor. Et tali ſermone modeſtius utor.* g)
*Sic cooperta* h) *venit ſententia. Non aperitur*
*Res plene. Plus eſt in re, quam ſermo ſit in ſe.*
*„Exque* i) *tot & tantis opibus a* k) *patre relictis*
*„Dilapidator opum nec habet, quo tegmine velet*
*„Pauperiem, nec habet teſtam, qua poſtulet* l) *ignem.*
*Sic* m) *de re minima* n) *dico nimis. Immoderate*
*Arguo quod non eſt moderatum. Nec modus in re,*
*Nec modus in verbo. Sed res moderatior ore*
*Sermo tamen minimus* o) *in re minus* p) *innuit eſſe.*
*„Ille vir* q) *egregius.“ Vox haec ſonat optimus. Aut vir*
*Peſſimus oblique nos reſpicit. Hic ſonat. Haec vox*
*Transvertit viſum.* r) *Vel peccat viſus* s) *in iſtis*
*Ambiguis. Res eſt cooperta, ſed uſus* t) *apertus.*
*„Inſpectis virgis pueri rubor ora reliquit,*



d) MS. I. II. IV. *ſumma.* e) MS. III. *immo.* IV. *imo.* f) MS. II. III. IV. *Sive mea.* g) MS. III. *utar.* h) MS. IV. *operta.* i) MS. II. III. IV. *Ex.* k) MS. IV. *de.* l) MS. I. *praetulit.* m) MS. I. *Sicque.* n) MS. II. III. IV. *nimia.* o) MS. III. IV. *nimius* p) MS. II. IV. *nimis.* q) MS. II. *ubi.* r) MS. II. III. *viſum transvertit.* s) MS. II. III. IV. *viſu peccat.* t) MS. II. *& riſus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

„Et facies exanguis erat.“ Talis color ipſum
Significat timuiſſe. „Robur perfunderat ora
„Virginis.“ Haec facies notat hanc puduiſſe. „Vagando
„Crinibus inceſſit comtis.“ Modus iſte reportat
Luxuriaſſe. Datae da ſigna frequentia formae.
Profer res ipſas, ſed eas non u) profer, ut ipſas.
Imo w) notas rerum ſolas. Pallore x) timorem;
Comptura Venerem; ſubitoque rubore pudorem;
Remque notis certis oſtende, ſequendo y) priora. z)
Hic color. Hic ſexus. Haec aetas. Iſta figura
„Nuper in alterius thalamo. Sed dicere nolo.
Taliter abſcindo vocem, nec dico, quod a) iſte,
Imo b) quod iſtius aetatis, ſive c) figurae.
„Magnus es, & genibus flexis d) tibi ſupplicat orbis.
„Cum poſſis noli ſaevire. Memento Neronis.
Sic re collata e) nihil f) amplius addo. Vel ecce
Exemplum vario clauſum ſermone ſub iſto:
„Magnus Alexander, cum bella moveret g) Athenis,
„Nulla reformandae placuerunt foedera pacis,
„nI pignus niſi forte datis prudentibus h) urbis.
„Vnus prudentum reſpondet ad iſtud i) & iſtis: k)

„Forte

u) MS. I. *ne.* w) MS. III. *Immo.* x) MS. I. *pallere.* y) MS. MS. I. IV. *ſequente.* z) MS. I. III. *priorem.* a) MS. IV. *vel.* b) MS. III. *Immo.* c) MS. I. *ſine.* d) MS. II. III. *flexis genibus.* e) MS. I. II. *collecta.* f) MS. I. *nil.* g) MS. I. *pararet.* h) MS. I. *ſapientibus.* i) MS. II. *illud.* k) MS. IV. *illis.*

„*Forte lupus bellum paſtori movit. Vtrimque*
„*Tractatum de pace fuit. Sed formula pacis*
„*Nulla lupo placuit, ni* l) *pignus & obſes amoris*
„*Traditus eſſet ei cuſtos gregis. Hoc ita facto*
„*Ante fuit timidus, ſed nunc* m) *ſecurior hoſtis.*
„*Subſtitit* n) *hoc dicto.*“ *Rem voluit* o) *aſſimilari* p)
*Exemplo. Prudenter enim* q) *partem dedit auri,*
*Partem ſervavit animo.* r) *Modus iſte periti,*
*Dimidio verbo vim totam* s) *claudere verbi.*
*Talibus egregium ſententia nacta colorem*
*Non detecta venit, ſed ſe per ſigna revelat.*
*Lucet ab obliquo, nec* t) *vult procedere recte*
*In lucem. Species ſunt quinque, ſed eſt color idem.*
*Verborum flores & rerum confer in unum.*
*Area ſermonis reſperſa* u) *ſit* w) *his ſpeciebus*
*Florum. Surgit enim quidam concurſus odorum,*
*Et redolet plene permixtus uterque colorum.* x)
*Quid deceat noſti, dicisque decentia dici,*
*Forte tamen ductus caſu,* y) *non arte. Nec in re*
*Sentis, quid primo viſu ſpeculeris, & in quo*
*Praefundes* z) *ſtudium. Quis ſit locus, unde ſtudendi*
*Anticipes* a) *curſum. Quae* b) *gignat* c) *origo decorem*
*Verborum. Sed mens hac parte vagatur & illa.*
*Et vaga ſunt mentis dubiae veſtigia, tanquam*



l) MS. II. III. *niſi.* m) MS. IV. *tunc.* n) MS. III. *ſubticet.* o) MS. II. III. *noluit.* p) MS. III. IV. *aſſimilare.* q) MS. II. *prudentis. Sed* r) MS. II. *animae.* IV. addit: *Eſt.* s) MS. II. III. IV. *totam vim.* t) MS. II. *non.* u) MS. II. *diſperſa.* w) MS. IV. *ut floreat.* x) MS III. *utroque colore.* y) MS. II. III. *caſu ductus,* z) MS. I. IV. *profundes.* a) MS. I *Anticipas.* b) MS. I. *quo.* c) MS. III. *gignet.*

*Coeci palpantis. Quae vel qua* d) *ſit via, cuius*
*Eſt oculus baculus, & dux fortuna. Quid ergo*
*Arte domes animum, qui ne quaſi ſcurra vagetur.*
*Sume locum certum. Tria tantum ſunt loca. Primus:*
*Dictio flexibilis per tempora. Proximus illi:*
*Dictio per ſolos caſus inflexa. Supremus:*
*Dictio perſiſtens immota. Modusque ſit iſte.*
*Ecce locum primum* e) *puta Verbum. Tranſeat illud* f)
*In nomen fixum, quod vel deſcendat* g) *ab ipſo* h)
*Aut alio* i) *quod ei ſenſu componderat* k) *aequo,*
*Vel* l) *ſatis expreſſa ſimiletur* m) *imagine verbum.* n)
*De verbo nomen, tanquam de ſtipite ramus,*
*Exit, & ex eius retinet radice ſaporem.*
*Sed quia nomen idem facit, & non ſufficit ad rem,*
*Appoſitis* o) *verbis aliis* p) *& acumine mentis,*
*Ex hac ſcintilla totus reparabitur ignis.*
*Hoc* q) *igitur ſtudium fundens* r) *rem ſic age. Nomen*
*Quemlibet in caſum varies, & cuilibet aptes* s)
*Talem iuncturae ſeriem, quae ſerviat* t) *apte* u)
*Propoſito. Sed adhuc deſuda* w) *pectore toto.*

*Men-*

d) MS. I. II. *qualis.* IV. *quae.* e) MS. III. *locus primus.* f) MS. I. *iſtud.* g) MS. I *deſcendit.* h) MS. I. *illo.* i) MS. I. IV. *ab eo.* k) MS. I. *praeponderet.* IV. *comprehenderat.* l) MS. III. *Aut.* m) MS. III. *ſimuletur.* IV. *ſimilatur.* n) MS. II. III. *vocis.* IV. *verbo.* o) MS. II. III. *adiunctis,* p) MS. II. III. *aliis verbis.* q) MS. II. III. *Hic.* IV. *Sic.* r) MS. II. III. *fundes ſtudium.* IV. *fundens ſtudium.* s) MS. III. *addas.* t) MS. II. *congruat.* III. *competat.* u) MS. II. III. III. *ipſi.* w) MS. II. III. IV. *Sudabis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Mentis in incude* x) *ſtudioſe cude. Recude.*
*Denique quod* y) *deceat excude. Sed ordo ſit iſte.* z)
*Ante modos omnes in pectore collige. Poſt haec*
*Elige quid melius, ſub quo* a) *ſententia caſu* b)
*Auribus inſtillet iucundius.* c) *Hic* d) *operetur*
*Iudex diſcretus diſcrete. Cerne, ſed iſtud*
*Vt bene diſcernas opus eſt ſimul artis & uſus.*
*Luceat exemplo res iſta. Sit hoc rude* e) *thema:*
„*Ex hac re doleo.*" *Sic utere lege ſtatuta:*
„*Ex hoc fonte mihi manat dolor. Hic* f) *mihi ſurgit*
„*Radix, vel ſemen, vel fons, vel origo, doloris.*
„*Res haec* g) *materiam praeſtat, cauſamque dolori.*
„*Seminat, aut gignit, aut ingerit* h) *ipſa dolorem.*
„*Vulneribus duris* i) *in me, dolor anxie, ſaevis.*
„*Mens quaſi* k) *ſuccumbit* l) *male ſoſpes & aegra dolore.*
*A verbo doleo ſic nomen* m) *ſume doloris.*
*Quemlibet in caſum* n) *ſic mutes. Cuilibet addas*
*Structuram vocum ſimilem,* o) *quae competat* p) *ipſi*
*Materiae. Vel item* q) *ſic ſumes* r) *nomen* s) *ab illo,* t)
*Seu* u) *magis a ſimili, verbo ſignante dolorem.*
*Qualia ſunt: Suſpiro. Queror. Gemo. Lacrimor. Inde*

*No-*

x) MS. II. *incluſae.* y) MS. IV. *Rem quia quid.* z) MS. II. IV. *iſte ſit ordo.* a) MS. IV. *qua.* b) MS. IV. *caſus.* c) MS. I. *iucundis.* d) MS. IV. *Hoc.* e) MS. II. III. IV. *breve* f) MS. III. IV. *Hinc.* g) MS. II. III. *haec res.* h) MS. IV. *inſerit.* i) MS. II. *ſaevis.* k) MS. II. III. *mihi.* l) MS. II. III. IV. *decumbit.* m) MS. II. III. *nomen ſic.* n) MS. I. *caſu.* o) MS. IV. *talem ſtructuram vocum.* p) MS. II. *congruat.* q) MS. IV. *idem.* r) MS. II. III. IV. *non ſumas.* s) MS. IV. *modus.* t) MS. II. *ipſo.* u) MS. II. III. *ſed.*

*Nomina ſunt: Lacrymae. Gemitus. Suſpiria. Queſtus.*
*Sic ergo* w) *ſenſum verborum nomina dicant:* x)
*„Ex animo veniunt* y) *ſuſpiria. Queſtus ab ore.*
*„In faciem* z) *manant lacrimae. Gemitusque reſumo* a)
*„Continuos.“ Sed* b) *dic feſtivius iſtud: “ Ab imo*
*„Pectoris erumpunt ſuſpiria. Queſtibus aer*
*„Exclamat.* c) *Lacrimas derivat fons oculorum.*
*„Et gemitus rumpunt animum.“ Sic nomina verbis*
*Artifici quodam nectit* d) *tranſſumtio* e) *nodo.* f)
*In proprie ſumtis ſatis eſt iucunda venuſtas,*
*Sed* g) *bene tranſſumtis magis eſt connexa* h) *voluptas.*

*Dictio per ſolos caſus inflexa fruatur*
*Duplice conſilio. Quoddam* i) *deſiderat ipſum*
*Mobile. Sed ſecus eſt de* k) *fixo. Conſulis iſti*
*Ex alia forma. Sed in hac* l) *praeconſule primo.*
*Regula, quae ſupra docuit convertere verbum*
*Mobile, ſub ſimili forma convertit.* m) *Eisdem*
*Paſſibus hic curras* n) *& ibi. Quia ſervat eandem*
*Curſus uterque viam, quod themate lucet in iſto:*
*„Candidus eſt vultus.“ Sic iſtud mobile mutes,*

*Et*

w) MS. II.III.IV. *igitur.* x) MS. II. *dicunt.* III. IV. *dicent.* y) MS. II. *hoc proveniunt.* z) MS. II. *pectus.* a) MS. I. *reſume.* II. *reſolvo.* b) MS. II. *vel.* c) MS. II. III. *conclamat.* d) MS. IV. *nectit quaedam.* e) MS. IV. *ſententia.* f) MS. II. III. *nodo quodam transſumtio nectit.* g) MS. III. IV. *Et.* h) MS. III. *connata.* IV. *cognata.* i) MS. II. *quiddam.* k) MS. I. *in.* l MS. I. *Sed in hac forma.* m) MS. II. *convertat.* n) MS. III. *currat.*

*Et* o) *poſitam legem* p) *ſerves: „Illuminat ora*
*„Candor. Candoris radio vel luce coruſcat.* q)
*„Candori nubit* r) *facies. Solis gerit inſtar*
*„Candorem maxilla ſuum. Radioſa propinat* s)
*„Vultibus* t) *humanis ſpeculum. Mundoque dieſcunt* u)
*„Ex ſolo candore genae. “Sedet hic modus apte.*
*Vſus* w) *hyperbolicus miro de more vel auget,*
*Vel minuit, laudes, &* x) *culpam criminis. Et* y) *ſunt*
*Crimina,* z) *vel laudes, ipſius idonea* a) *ſedes.*
*Sic candor ſumes a* b) *candidis,* c) *ut variatis*
*Caſibus occurrat melior modus. Aut nihil inde*
*Sume. Sed a Niveus, quod ei ſimilatur. Et inde*
*Eliciens* d) *fixum, puta Nix, ſic* e) *arripe* f) *curſum:*
*„Non diſtant forma Nix & Gena. Candor in ore*
*„Tanta luce nitet* g) *quaſi* h) *ſit nivis* i) *aemulus. Ora*
*„Accedunt candore nivi. Proprioque nitore*
*„Eſt facies imitata nivem. Certusque* k) *triumphi*
*„Cum nive decertat* l) *vultus.“ Pertranſeo quintum,*
*Qui ſumendus erit, cum poſcit* m) *apoſtropha ſumi.* n)

*Mo-*

---

o) MS. II. III. *ut.* p) MS. II. III. *legem poſitam.* q) MS. II. III. *coruſcant.* r) MS. I. IV. *nubit candori.* s) MS. III. IV. *propinans.* t) MS. III. *viſibus.* u) MS. I. III. *dieſcit.* w) MS. II. IV. *verſus.* x) MS. II. III. IV. *vel.* y) MS. I. *haec.* z) MS. IV. *Carmina.* a) MS. II. *propria.* b) MS. II. *ex.* IV. *de.* c) MS. II. III. *candîdus.* d) MS. I. III. *Elicies.* e) MS. I. *Hunc.* f) MS. I. IV. *accipe.* g) MS. IV. *nitet luce.* h) MS. II. III *ut.* i) MS. I. *unus.* k) MS. I. *tertiusque.* l) MS. I. *decorat.* m) MS. II *poſcet.* n) MS. II. III. IV. *caſum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Mobile ſic mutes in fixum, quod ſit* o) *ab ipſo*
*Sive ſuo* p) *ſimili natum* q) *Vocesque coaptet* r)
*Prudens inventor,* s) *ſeriemque* t) *venuſtet earum,*
*Vt ſeries vocum fixo confixa* u) *prioris*
*Materiae teneat mentem,* w) *varietque colorem.*
*Et ſonet illud idem, quamvis non ſit ſonus idem.*
*Hunc* x) *fixo præfige modum. Si ſtet bene fixum*
*Non eget artificis ſtudio. Si non ſtet honeſte*
*In caſu dicto, fiat* y) *detorſio* z) *caſus*
*In caſum, ſeriemque* a) *ſtude contexere vocum,*
*Vt* b) *rude thema novae formae ſibi* c) *ſumat amictum.*
*Thematis haec rudis eſt* d) *facies: „Ego rem ſceleratam*
*„Conſilio feci.* “*Faciem ſic innovo* e) *verbi:*
*„Conſilium ſtimulus faciendi.* “*Vel: „Scelerati*
*„Cauſa* f) *fuit* g) *facti.* “*Vel ſic: „Suggeſtio pravi*
*„Conſilii ſceleri* h) *ſe cauſam* i) *praebuit.* “*Aut: „Se*
*„Cauſam permiſit.* k) “*Vel in hoc genus incide verbi:*
*„Conſiliis aſcendit* l) *opus.* “*Vel: ”Paruit illi*
*„Fla-*

o) MS. I. IV. *ſit.* p) MS. II. III. *Aut eius.* q) MS. III. *tractum.* r) MS. II. IV. *coaddat.* III. *coaptat.* s) MS. I. *miſcetor.* t) MS. II *ſeriem.* u) MS. I. *cum fixa.* w) MS. II. *mentem teneat.* III. *ſenſum teneat.* x) MS. I. IV. *Nunc.* y) MS. IV. *fiet.* z) MS. III. *decoratio* vel: *mutatio.* a) MS. I. *ſeriem. caſumque.* b) MS. II. *Et.* c) MS. II. *ſic.* d) MS. I. *Eſt rudis haec.* e) MS. I. II. *innuo.* f) MS. I. *Actor* IV. *Auctor.* g) MS. I. IV. *Erat.* h) MS. II. *facto.* i) MS. I. *cauſam ſe.* k) MS. II. III. *praemiſit.* l) MS. II. III. IV. *conſilio conſenſit.*

„*Flagitioſa manus.* “*Vel taliter elice verbum:* m)
„*Conſilium ſcelerata manus produxit* n) *in actum.*
*Si quis item, quaſi rem crudam,* o) *tibi proferat iſtud:*
„*Hoc factum dicunt omnes.* p) “*Sic* q) *decoque verbum:*
„*Hoc factum vox eſt populi.* “*Vel:* ”*Publica fama*
„*Eſt teſtis facti.* “*Vel:* ”*Facto nulla reclamat*
„*Lingua, ſed id clamat vox plebis, & omnis, & una.*
*Proſequar* r) *an plures? Ad quid? Sententia nullum*
*Reſpuit. Vna quidem caſus aptatur* s) *ad omnes.*
*Poſſe ſtude reperire viam. Patitur reperiri,*
*Si reperire potes.* t) *Si cui* u) *via non ſit aperta*
*Non per eam, ſed ſtat* w) *per eum, cui deficit artis*
*Conſilium, nec habet ſocium, quem conſulat, uſum.* x)
*Rem tria perficiunt: Ars, cuius lege regaris;*
*Vſus,* y) *quem ſerves;* z) *Meliores, quos imiteris.*
*Ars certos, uſus promtos, imitatio reddit*
*Artifices aptos. Tria concurrentia ſummos.*
*Vocum,* a) *quae flecti* b) *nequeunt,* c) *immobile:* d) *Vulgus.*
*In ſermone licet tolerabile,* e) *tollitur apte:*
*Sae-*

m) MS. II. III. *fixum.* n) MS. II. III. *perduxit.* o) MS. II. III. *nudam.* p) MS. II. III. *homines.* q) MS. I. *ita.* r) MS. II. *Perſequar.* s) MS. I. *aptatus.* t) MS. II. *poteſt.* u) MS. III. *tibi ſi.* w) MS. II. IV. *ſtat, ſed.* x) MS. IV. *verſum.* y) MS. IV. *uſum.* z) MS. IV. *teneas.* a) MS. I. II. *locum.* b) MS. II. *ſi vocum tolli.* c) MS. II. IV. *nequeant.* d) MS. III. IV. *ignobile.* e) MS. II. *immobile.*

*Saepius & melius plebs illa* f) *recedit ab aula.*
*Sub quadam forma* g) *ſervanda forma* h) *ſit iſta.*
*Inſpice quid talis vox innuat. Exprime tandem*
*Nomine, vel verbo, rem quam notat. Vt nova forma*
*Prodeat, & melior quam prima. Sit hoc breve thema:*
„*Tunc veniet.* “*Tunc, eſt nota temporis. Exprime tempus*
*Illud per nomen, talem ſervando tenorem:*
„*Ille* i) *dies transmittet eum. Si thema ſit iſtud:* k)
„*Huc veniet;* “*verbis addet* l) *modus iſte decorem:* m)
„*Hic locus admittet venientem.* “*Vel:* ”*Venienti* n)
„*Hoſpes erit ſive nocturnus, ſive diurnus.*
*Dicere ſi* o) *mavis ornatius,* p) *accipe rurſus* q)
*Iſtud dicturus:* „*Semel, aut bis, ſive frequenter*
„*Delinquo.* “*Dicas:* ”*Eſt unica, ſive ſecunda,*
„*Sive frequens animi contagio.*“*Vel:* ”*Scelus a me* r)
„*Incipit, aut in me redit, aut crebreſcit in uſum.*
*Lege pari pones, ubi* s) *ponitur Iſte vel Ille;*
*Alter & Alteruter. Si ſubdiſtinctio fiat*
*Pones alteruter. Si res diſiunxeris* t) *Alter.*
*At* u) *neque ſic dices:* ”*Si venerit iſte,* w) *recedet* x)
„*Ille.* y) “*Sed:* ”*Acceſſus operabitur iſte* z) *receſſum*
„*Illius.*

f) MS. III. IV. *iſta.* g) MS. III. IV. *forma quadam.* h) MS. IV. *norma.* i) MS. II. III. *illa.* k) MS. I. *illud.* l) MS. IV. *addit.* m) MS. II. *nitorem.* n) MS. II. III. *venientis.* o) MS. I. *ſeu.* p) MS. II. *honoratius.* q) MS. I. *rurſum.* r) MS. I. IV. *ipſum.* s) MS. II. *ut.* t) MS. I. *disiunxerit.* u) MS. I. IV. *ſed.* II. *ac.* w) MS. I. IV. *ille.* x) MS. III. *recedit.* y) MS. I. IV. *iſte.* z) MS. I. IV. *ille.*

„*Illius.*“ a) *Ille fuit ruditatis*, b) *& hic* c) *modus*
*artis.*
*Eſt genus iſtud* d) *idem* : „*Currit plebs undique circa*
„*Vrbem; Plebs urbis celeri pede circuit urbem.*
„*Iuſte punitur pro crimine; Congrua cauſa*
„*Eſt crimen poenae.*“ *Ne quos exempla fatigent,*
*Plurima ſub paucis, & caetera claudo ſub iſtis,*
*Si vim ſcire velis maiorum* e) *ſume* f) *minorem.* g)
*Sic ſe maior habet, ſicut minor. Inſpice* h) *pauca.*
*Quae lex eſt* i) *paucis, & pluribus. Inſtruit* k) *auctor.* l)
*In Topicis, ubi* m) *pauca magis ſpeculatio, maior*
*Eſt via. Ne longis igitur* n) *ſermonibus errem,*
*Non eat exemplum per ſingula, ſed potiore*
*Conſilio ſunt multa brevi concluſa ſigillo.*
*Oblatrator ades. Das thema* : „*Reſiſtere tentas.*“
*Rem petis inſtanter. Spatium peto. Poſtulo* o) *mentis*
*Conſilium.* p) *Nimis es praeceps exactor. Ad horam*
*Non poſſum. Tolera. Poterit mora, quod nequit hora.*
*Non venit ex facili res iſta, nec absque labore.*
*Sed mens quando ſtudet, tanquam pugil, anxia pugnat*
*Pugnat enim ſecum. Petit ut ſibi conſulat, & non*
*Conſulit ipſa ſibi. Repetit. Patiturque repulſam*
*Rurſus & ipſa* q) *ſibi.* r) *Ferventius inſtat, & ipſa*
*Perſtat adhuc contra. Se curis anxia torquet.*
*Sic* s) *tandem quod vult extorquet vi violenta*



a) MS. I. IV. *iſtius.* b) MS. I. *rudis.* IV. *ruditas.* c) MS. II. III. *hic eſt.* d) MS I. IV. *illud.* e) MS. II. *nervorum.* III. *minorum.* f) MS. I. *ſive.* g) MS I. IV. *minorum.* h) MS. IV. *accipe.* i) MS. IV. *in.* k) MS. II. *aſtruit.* l) MS. I. *actor.* m MS. I. IV. *ut.* n) MS. IV. *ergo.* o) MS. II. IV. *conſulo.* p) MS. II. III. *Arbitrium.* q) MS. I. II. IV. *Ipſa ſecunda.* r) MS. I. *fui.* s) MS. I. *ſe.* II. III. *ſed.*

*A ſe. Sicque ſimul victrix & victa triumphat*
*De ſe. Sed laeto ſi vis gaudere triumpho:*
*Quod minus eſt ſupple, quod plus abrade, quod hirtum*
*Come, quod obſcurum declara, quod vitioſum*
*Emenda.* t) *Curis iſtis ſunt omnia ſana.*
*Adiice praemiſſis: Quia dictio, quae venit* u) *una,*
*Eſt quaſi mater hyles,* w) *quaſi res rudis, & ſine forma,*
*Des illi ſociam. Dabit haec adiectio* x) *formam.*
*Quae magis ut niteat, pingat* y) *transſumtio formam.*
z)
*Quando duae* a) *coeunt tali compagine: „Pratum*
*„Ridet." Vel: „Studium floret." Sic* b) *collige voces*
*Complexas, & eas multas,* c) *& in* d) *aggere tali.* e)
*„Venit in opprobrium menſae menſale lutoſum,*
*„Panis furfureus,* f) *cibus aſper, potus amarus,*
*„Vernula pannoſus." Vel mobile ſic variemus.* g)
*„Menſa fuit pauper, & parvula. Mappa vetuſta,*
*„Et contrita. Cibus incoctus, & aridus.* h) *Ipſe*
*„Potus acetoſus & turbidus. Aſſecla menſae*
*„Vilis, & illepidus. Totum fuit absque decore.*
*Aut ita* i) *ſe fixum determinet.* k) *„Es* l) *Cato mente.*
*„Tullius ore. Paris facie. Pyrrusque vigore.*
*Aut ita transſumes: „Roſa vultus. Lilia frontis.*
*„Dentis ebur. Flammae labiorum. Balſamus oris.*
*Aut*

t) MS. II. *Emunda.* u) MS. I. *ſonat.* w) MS. III. IV. *yle.* x) MS. II. III. IV. *adiunctio.* y) MS. III. *formam.* z) MS. I. *clauſam.* III. *pingat.* a) MS. II. IV. *duo.* b) MS. I. II. III. *Vel.* c) MS. III. *profer eas.* d) MS. IV. *Profer & in tali complexas.* e) MS. II. *voces.* f) MS. II. III. *furfureus panis.* g) MS. II. III. *geminetur.* IV. *geminantis.* h) MS. I. *horridus.* i) MS. IV. *ſic.* k) MS. IV. *determinat.* l) MS. IV. *eſt.*

*Aut ſic improprie, ſed honeſte: „Typhus* m) *amoris.*
*„Dalila Sanſonis.“* n) *Vel „Marcia“ pone „Catonis.“*
*Mobile ſub ſimili caſu determinet ipſum,*
*Vel* o) *ſub diſſimili forma* p) *determino fixum*
*Mobile ſic etiam determinat, aut genitivus.*
*Scilicet his verbis, ut ſi dicatur Avarus:*
*„Plenus opum. Vacuus virtutum.* q) *Avidiſſima* r) *rerum.*
*„Prodigus alterius tantum,* s) *retinensque ſuarum.* t)
*Sive dativus,* u) *ut hic, ſi proſequar ore Neronem:*
*„Mens ſua tot vitiis damnabilis eſt alienis,*
*„Facta maligna, ſuis peior, ſibi peſſima, nulli*
*„Vtilis, & cunctis damnoſa.“ Vel ecce ſequentes*
*Caſus. „Hic inter epulas illotus in omni* w)
*„Eloquio,* x) *ſemperque gula fervente paratus*
*„Ad nimium. Nec vina probans, niſi* y) *ſumta redundent*
*„In* z) *vomitum. Foedare ſolet convivia, ſpirans*
*„Coenum, deſpumans vinum, fundensque venenum.*
*Hic ſonus extremus eſt oris Sydoniani.*
*Sed melius duplicem ſociat* a) *ſibi mobile caſum,*
*Quod patet hic: „Menſale placet novitate decorum,* b)
*„Et* c) *candore. Cibus pretio conditus, & arte*
*„Potus tam vino ſapidus, quam nectare. Verna*
*„Moribus inſignis & veſte. Facetia dandi,*
*„Et vultus dantis. Duplex eſt* d) *gloria menſae.*



m) MS. II. III. *tiphus.* n) MS. III. *Dalida Samſonis.* o) MS. I. IV. *Et.* p) MS. I. IV. *fixo.* q) MS. II. III. IV. *animi.* r) MS. III. *cupidiſſimus.* IV. *mens cupidiſſima.* s) MS. I. *rerum.* t) MS. II. *ſuorum.* u) MS. I. II. *dicas.* w) MS. I. *omnem.* x) MS. II. III. *colloquio.* y) MS. I. IV. *nec.* z) MS. IV. *ad.* a) MS. I. *ſociet.* b) MS. III. *decoris.* c) MS. IV. *ac.* d) MS. II *ſic duplex.*

*Lege quidem* e) *ſimili rectos ita congero* f) *verbis.*
„*Iam mihi* g) *contrahitur pellis. Quatitur* h) *cor. Anhelat*
„*Pulmo. Rigent lumbi.* i) *Curvatur ſpina. Tremiſcit*
„*Corpus. Et ad limen ſtat mors.*“ *Aut applico rectum* k)
*Verbum* l) *ſub tali forma :* m) “*Sapit ut Cato. Dicit*
„*Vt Cicero. Viget ut Pyrrus. Nitet ut Paris. Audet*
„*Vt Capaneus. Amat ut Theſeus. Modulatur ut Orpheus.*
*Aut ita ſubiicies* n) *obliquos* o) *nominis.* “*Ira*
„*Aeſtuat. Aſpectu terret. Lingua tonat. Enſe*
„*Inſurgit. Geſtu furit.* “*Aut ſic* p) *collige clauſas :*
„*Cordis contriti* q) *pietas divina miſerta*
„*Debita dimittit. Peccata remittit. Amorem*
„*Ipſius immittit. Et verae gaudia vitae*
„*Promittit. Sed eam,* r) *niſi perſtet in eius amore,*
„*Amittit.*“ *Vel ſic aptes adverbia verbis :*
„*Hiſtrio mane vorat.* s) *Cupide* t) *bibit. Immoderate*
„*Diſſipat. Immunde vivit.* “*Vel dic ita mixtim :*
„*Colligit hic talos* u) *rapide. Speculatur acute,*
„*Argute volvit. Inſtanter mittit. Amice*
„*Compellat.* x) *Patiens expectat. In his bene iactis*
„*Ad placitum* y) *mentis tacitus* z) *ſedet. Ad mala* a) *ridet.*
„*In neutris animo turbatur. In his & in illis*

„*Phi-*

e) MS. II. III. *ſub hac.* f) MS. III. *congrego.* IV. *collige.* g) MS. II. *tibi.* h) MS. II. *coquitur.* i) MS. I. *riget lumbus.* k) MS. IV. *rectos.* l) MS. III. IV. *verbo.* m) MS. I. *Sub tali forma verba.* n) MS. I. *ſubiicias.* o) MS. II. *obliquum.* p) MS. III. *ita.* q) MS. II. III. *contriti cordis.* r) MS. III. IV. *ea.* s) MS. I. *vomit.* t) MS. II. III. *avide.* u) MS. I. *tales.* x) *compellit.* y) MS. II. *plauſum.* z) MS. I. *tam citus.* IV. *ſtratus.* a) MS. I. *non male.*

„*Philoſophatur.* “*Hic eſt modus & mos Sidonianus,*
*Et modus egregius. Clauſarum tantus acervus*
*In duplici caſu facit* b) *inculcatio verſum.*
*Et ſunt hi caſus laudes & crimina rerum.*
*Laudando cumulat haec inculcatio plauſum,*
*Et culpando.* c)*Frequens eſt malleus ad feriendum.* d)
*Sydonii calamus magis hunc ſibi deputat uſum,*
*Pluribus inductis clauſis producere* e) *verſum.*
*Diſtat ab hoc calamo Senecae contrarius uſus:*
„*Liber is eſt vitii,* f) *qui non eſt ſervus.* g) *Abundat,* h)
„*Cui ſatis eſt, quod habet. Pauper, qui plus cupit.*“*Hic mos* i)
*Eſt* k) *Senecae, verſum celeri concludere fine.*
*Dignus uterque tamen,* l) *ſed utrumque ſequuntur, &* m) *iſtum,*
*Aut* n) *illum. Novitas quia plus placet,* o) *& modus idem*
*Plus ſatiat. Nec ero velut hic. Nec ero velut ille.*
*Nec tantum vel ero longus, vel ero brevis. Imo*
*Et brevis & longus, de neutro factus uterque.*
*Si bene dicta notes, & rebus verba coaptes,*
*Sic* p) *proprie dices.* q)*Si mentio namque ſit orta.*
*Forte rei, ſexus, aetatis, conditionis,*
*Eventus; Si forte loci, vel temporis: Haec eſt*
*Debita proprietas, quam vult res, ſexus, & aetas,*

 Con-

b) MS. II. III. *decet.* IV. *docet.* c) MS. IV. *Inculpando.* d) MS. IV. *inferiendo.* e) MS. II. *perducere.* f) MS. III. IV. *vitiis.* g) MS. II. III. IV. *inſervit.* h) MS II. III. IV. *abundans.* i) MS. II. III. IV. *eſt.* k) MS. II. III. IV. *Mos.* l) MS. IV. *vitta.* II. III. addunt *vitula.* m) MS. II. III. *utrum ſequitur.* n) MS. III. *an.* o) MS. I. *iuvat.* p) MS. I. *Si.* q) MS. II. *dicas.* IV. *dicis.*

*Conditio, eventus,* r) *tempus, locus. Iſta venuſtas*
*Eſt electa. Quia* s) *bene* t) *determino totum*
*Termino ſub tali forma. Res condita tota*
u) *Eſt condita. Notam teneas, ſervesque tenorem.*
*Haec nota tam proſae, quam metro, ſervit. Et una*
*Ars ad utrumque facit, quamvis ſub* x) *diſpare forma.*
*Legibus arctatur* y) *metrum, ſed proſa vagatur*
*Liberiore via. Nam* z) *proſae publica ſtrata*
*Admittit paſſim* a) *rhedas, & plauſtra. Sed arcta*
*Semita verſiculi non vult tam groſſa, ſed ipſas*
*Voces in forma gracili,* b) *ne corpus agreſte*
*Verbi mole ſui* c) *perturbet, & inquinet illum.* d)
*Vultque venire metrum tanquam domicellula: compto*
*Crine, nitente gena, ſubtili corpore, forma*
*Egregia. Seriem tantae dulcedinis auri*
*Neſcit habere parem iucunda decentia metri.*
*Proſaicus verſus res groſſior. Omnia verba*
*Indiſtanter amat, niſi quae poſtrema reſervat.*
*Qualia ſunt, quorum penultima tendit* e) *in altum.*
*Caetera non decuit finem ſervare ſupremum.*
*In ſimili forma pertractat* f) *Agellius iſtud,*
*Et ſubiicit cauſam: Ne vocum debilis eſſet,*
*Et non ſufficiens, numerus concludere verſum.*
*Si ſit, ut eſſe ſolet, finalis dictio clauſae*
*Alterius formae, tamen iſta decentior, ut quam*

Cau-

r) MS. III. *caſus.* s) MS. III. *quaſi.* t) MS. IV. *bene quia.* u) MS. IV. hos duos verſus transponit. x) MS. I. *in.* y) MS. I. II. IV. *armatur.* z) MS. I. *quia.* a) MS. I. *paſſum.* b) MS. II. III. *gracili forma.* c) MS. I. *ſua.* d) forte: *illam.* e) MS. II. *ſurgit.* f) MS. I. *retractat.* IV. *declarat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Cauſa* g) *probat melior, & teſtis Agellius auctor.* h)
*Caetera non variat ratio, ſed carmine metri*
*Legibus aſtricto, vel ab eius lege ſoluto*
*Ars eadem ſemper, quamvis, quod pendet ab arte*
*Non ſit ſemper idem. Sic verba domentur utrinque.*
*Arida non* i) *veniant, ſed eis ſententia ſuccum*
*Praebeat.* k) *Et ſucco veniant, & ſanguine, plena.*
*Nec quicquam puerile ſonent. Sint pondere grandi,*
*Sed non praegrandi. Sic ſunt* l) *oneri quod honori.*
*Nec* m) *veniant facie turpi,* n) *ſed & intus & extra*
*Sit color, & pingat* o) *manus artis utrimque* p) *colorem.*

*Attamen* q) *eſt quandoque color vitare colorem,*
*Exceptis,* r) *quos* s) *ſermo capit vulgaris, & uſus*
*Offert communis. Res comica namque recuſat*
*Arte laboratos ſermones. Sola requirit*
*Plana, quod explanat paucis res iſta iocoſa:*
„*Tres ſumus expenſae* t) *ſocii, pueroque caremus.*
„*Hoc pro lege damus: ut* u) *prandia noſtra paremus*
„*Tempore quisque ſuo. Famulantibus ante duobus,*
„*Tertius ecce dies, & me vocat hora coquinae.*
„*Ignem facturus flatu pro follibus utor.*
„*Poſcit opem defectus aquae. Manus arripit urnam.*
„*Fons petitur. Lapis obiicitur. Pes labitur. Vrna*
„*Frangitur. Ecce duplex damni* w) *proventus: & urnae,*



g) MS. I. *Clauſa.* h) MS. I. *actor.* i) MS. II. III. IV. *ne.* k) MS. I. IV. *imprimat.* l) MS. II. III. *ſint.* m) MS. III. IV. *non.* n) MS. II. *facie turpi veniant.* o) MS. I. *Impingat.* p) MS. II. *utrumque.* q) MS. IV. *Sed tamen.* r) MS. IV. *Excepto.* s) MS. II. *quod.* t) MS. I. *impenſae.* u) MS. II. *quod.*

„Et defectus aquæ. Quid agam? Dum conſulo mentem
„Intro forum. Sedet unus ibi circumdatus urnis.
„Aſſumtas dum verto manu, dum pernoto viſu,
„Ille, videns inopem, furtum timet, & mihi verbis
„Turpibus inſultat. x) Confuſus y) abinde z) revertor.
„Invenio ſocium. Rem narro. Revertor ad illum.
„Inquio: Tuque ſequens a) proclames funera patris.
„Diſſimulo, repetoque locum. Manus haec capit b) urnam,
„Haec aliam. Socius proclamans: c) Quid facis, inquit,
„Quid facis hic? miſerande! Pater, qui languit, d) ecce
„Mortuus eſt; Et adhuc, inſane, moraris? Ad illud: e)
„Mortuus eſt; manibus concuſſis conterit urnas
„Noſtra manus. Fugio. Qui me confudit, agreſtem
„Confundo, talique modo probra dicta refello.
Hac ratione levi f) ſignatur ſermo iocoſus.
Ex animi levitate iocus procedit. Et eſt res
Immatura iocus, & amica virentibus g) annis.
Et leve quid iocus eſt, cui ſe iucundior aetas
Applicat ex facili. Res tertia ſit h) levis. Ergo
Omnia ſint i) levia. Sic k) conſonat undique totum,
Si levis eſt animus, & res levis, & leve verbum.
Seria ſi tractes, ſermo ſit l) ſerius, & mens
Seria. Maturus animus, maturaque verba.
Praeſcriptis modis & res, & verba, colora.

Et

w) MS. I. damnum. x) MS. III. inſultans. y) MS. III. tacitus. z) MS. II. ad illa. III. triſtisque. IV. ab illo. a) MS. IV. loquens. b) MS. III. rapit. c) MS. II. clamans, o! d) MS. II. languidus. e) MS. II. III. iſtud. f) MS. II. III. levis. g) MS. II. nitentibus. h) MS. I. ſi. i) MS. II. III. IV. ſunt. k) MS. I. ſibi. l) MS. II. III. IV. ſit ſermo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

m) *Et tamen eſt quandoque color vitare colorem.*
*Sed tamen inprimis* n) *mundes a ſordibus ipſum*
*Carmen, & explantes* o) *vitium. Quae, qualia, quot ſint,*
*Quae vitient* p) *ſeriem ſermonis, collige paucis:*
*„Ecce Deae aethereae venere.“* q) *Perhorret hiatus*
*Vocis in hac ſerie. Legem vocalibus iſtam* r)
*Ars dedit, ut non ſit creber* s) *concurſus earum.*
*Concurſum tolerat, crebrum vetat, & quaſi* t) *creber*
*Ille ſonus vocem* u) *deformat & auget hiatum.*
*„Tu Tite te tute* w) *tanta virtute* x) *tueris.*
*Littera ſic eadem pudor eſt repetita pudenter.* y)
*Et minus* z) *aſſidue decor* a) *eſt repetita decenter.*
*„Cum non ſit ratio rationis de ratione,*
*„Hinc* b) *non eſt ratio, præbere fidem* c) *rationi.*
*Sic verbum* d) *vileſcit idem tam ſæpe reſumtum,*
*Tamque ſupervacue.* e) *Moderata reſumtio vocum*
*Eſt color. Omne, quod eſt nimium, res absque colore.*
*Exitus eſt vocum ſimilis quandoque decorus.* f)
*Dedecet ipſarum ſic iuncta frequentia vocum:*
*„Infantes ſtantes lacrimantes vociferantes.*
*Quatuor haec generant vitium.* g) *Contagio quinta,*



m) Hic verſus deeſt in MS. I. III. I.V n) MS. II. *in primis igitur.* IV. *ergo tu porro.* o) MS. IV. *explanat.* p) MS. IV. *vitiant.* q) MS. II. III. IV. *advenere.* r) MS. II. III. IV. *iſtis.* s) MS. III. *creber non ſit.* t) MS. II. III. IV. *quia.* u) MS. II. III. IV. *vocum.* w) MS. II. *tu tu te.* III. *tuta te.* x) MS. II. III. IV. *virtute tuente.* y) MS. II. III. IV. *frequenter.* z) MS. I. III. IV. *nimis.* a) MS II. III. IV. *decus.* b) MS. II. III. *hic.* IV. *huic.* c) MS. II. III. IV. *locum.* d) MS. II. *hic verbis.* e) MS. I. *ſupervacuum.* f) MS. II. *decoris.* g) MS. II. III. IV. *vitium generant.*

*Quando venit ſuſpenſa nimis conſtructio longa.*
*Adiiciunt ſextam,* h) *quando traiectio* i) *verbi*
*Inconcinna venit. Vt: "Luci miſimus Elyn.* k)
*Ecce dedi* l) *pecten, quo ſi ſint pexa relucent*
*Carmina tam proſae quam metra.* m) *Sed an bene pexa* n)
*Hoc ſpeculo poteris plene* o) *diſcernere formam.*
*Cum faciem verbi ſpecularis,* p) *an inquinet illam.*
*Forte latens aliquis naevus, non* q) *ſola ſit auris,*
*Non* r) *ſolus iudex animus. Definiat iſtud* s)
*Iudicium triplex, & mentis, & auris, & uſus.*
*Eſt modus iſte mihi ſuadenti* t) *verba polire.*
*Caſtigo mentem, ne ſtando moretur in uno.*
*Sordet enim more* u) *ſtantis aquae. Sed transferor ardens*
*Huc &* w) *illuc, & rem nunc iſto pingo colore,*
*Nunc alio.* x) *Nec* y) *volvo ſemel, ſed ſaepe revolvo.*
*Mens agilis demum, cum fecerit undique girum,*
*Eligit ex* z) *multis unum. Reſpirat in illo,*
*Vtque putat* a) *ſine labe, loco. Sed fallitur augur*
*Caſibus in multis. Dum ſunt* b) *in mente ſepulta*
*Multa ſedent* c) *animo, quae non tamen approbat auris.*
*Eſto, quod, ut mulcet animum, ſic mulceat aurem,*
*Et duo complaudant in idem.* d) *Non ſufficit iſtud.*

*Nec*

h) MS. III. IV. *ſextum.* i) MS. III, *transiectio.* k) MS. II, III, IV. *Eli.* l) MS. IV. *tibi.* m) MS. IV. *metri.* n) MS. II. *pectas.* III, IV. *pectes.* o) MS. IV. *clare.* p) MS. II. III. *ſpeculeris.* q) MS. II. III. IV. *vermis, nec.* r) MS. II. III. IV. *Nec.* s) MS. IV. *illud.* t) MS. II. III. *ſudanti.* u) MS. II. III. IV. *mora.* w) MS. II. III. IV. omittit. x) MS. II. III. IV *illo.* y) MS. I. IV. *Nunc.* z) MS. II. III. *e.* a) MS. III. *putet.* b) MS. IV. *cum ſit.* c) MS. IV. *placent.* d) MS. IV. *complaudent animum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Nec* e) *dum credo niſi replicem. Speculatio prima*
*Nec* f) *bene nec plene diſcernit.* g) *Quando revolvo*
*Rem, magis evolvo. Si ſit foetentis odoris*
*Mota magis res peius olet. Si plena Saporis*
*Plus repetita ſapit.* h) *Sit iudex ergo triformis*
*Propoſiti verbi.* i) *Mens prima. Secunda ſit auris.*
*Tertius & ſummus totum qui* k) *terminet uſus.*
*Omnia quae reperit ratio, vel* l) *ſuggerit* m) *ordo,*
*Vel* n) *polit ornatus. Si vis meminiſſe, memento*
*Huius conſilii, quamvis brevis, officioſi.*
*Cellula, quae meminit, eſt cellula divitiarum,* o)
*Deliciasque ſitit, non taedia. Visne* p) *placere*
*Iſti?* q) *Non oneres illam. Vult illa* r) *benigne*
*Tractari, non mole premi. Quaſi* s) *lubrica res eſt,*
*Et rerum turbae non ſufficit. Hanc ita nutri.*
*Quando famem reficis dapibus* t) *non ſis ita plenus,*
*Vt nihil apponi queat amplius. Eſto refectus*
*Plus ſemipleno, pleno minus. Ingere ventri,*
*Non quantum poſcit,* u) *ſed quantum proſit. Alenda,*
*Non oneranda, quidem* w) *natura. Sed inter utrumq;,*
*Et citra plenum, ſubſiſtere ſanior uſus.*
*Sic etiam potans potum ratione refrenes.*
*Potiſſes, &:* x) *non potes. Sumatur honori,*
*Non oneri, potus. Bibe parcus, non temulentus.*
*Pulcrius accuſat* y) *ſitiens, quam vina recuſat* z) E-

c) MS. II. III. *Non.* f) MS. II. III. *Non.* g) MS. II. III. *diſcernit nec plene.* h) MS. II. III. *placet.* i) MS. II. III. *Verbi propoſiti.* k) MS. II. III. IV. *qui totum.* l) MS. II. III. *quae.* m) MS. II. III. IV. *dirigit.* n) MS. II. III. *quae.* o) MS. II. III. IV. *deliciarum.* p) MS. III. *Visque.* q) MS. II. III. IV. *illi.* r) MS. III. *namque.* s) MS. II. III. IV. *quia.* t) MS. IV. *dapibus reficis.* u) MS. III. *poſſit.* w) MS. II. *cibis.* x) MS. II. III. *Sed.* y) MS. II. *excuſat.* IV. *accuſet.* z) MS. II. III. *recuſet.*

*Ebrius. Eſt ſimili guſtanda ſcientia lege,*
*Quae* a) *cibus & potus animae. Sic nutriat* b) *illam,*
*Vt ſe praeſtet ei iucundam, non oneroſam.*
*Scire ſitis* c) *hanc rem totam. Sit ſecta minutis*
*Particulis. Pluresque ſimul ne ſume, ſed unam*
*Fer ſemel, & partem minimam,* d) *multoque minorem,*
*Quam valeant humerique velint. Erit ergo voluptas,*
*Et nullum pondus, in pondere.* e) *Sit comes uſus,*
*Dum res ipſa recens eſt, & nova. Verte frequenter,*
*Et replica. Poſt hoc paulum* f) *ſubſiſte. Morare.* g)
*Reſpira. Morula quadam mediante vocetur*
*Altera, quae, cum ſit ſimili ratione retenta,* h)
*Praeſcriptae cellae demum compaginet ambas,*
*Et bene conſolidet, & eas conglutinet uſus.*
*Tertia ſit nodo ſimili* i) *coniuncta* k) *duabus.*
*Quarta tribus. Sed in his peccas, niſi ſemper agendis*
*Taliter inſiſtas, ut citra taedia ſiſtas.*
*Haec ratio vires ſenſus extendit ad omnes.*
*Obtuſos acuit. Duros emollit. Acutos*
*Et molles ad plus extollit. Quod minus* l) *iſtis,* m)
*Hoc minus* n) *eſt illis.* o) *Ideo lex dicta* p) *coaptet*
*Pondus utrisque ſuum. Speculum ſit omnibus unum.*
*Adde modos alios, quibus utor, & expedit uti.*
*Viſa, vel audita, vel praememorata, vel ante*
*Acta*

a) MS. IV. *cum.* b) MS. III. *nutriet.* c) MS. III *velis.* d) MS. III. *minimam partem.* e) MS. I. *pectore.* f) Omittitur in MS. II. g) MS. II. addit: *parumper.* h) MS. II. *recepta.* i MS. III. *ſimili nodo.* k) MS. II. III. *conſtricta.* l) MS. II. IV. *nimis.* m) MS. II. *illis.* n) MS. III. *nimis.* o) MS. II. *iſtis.* p) MS. IV. *data.*

*Acta, mihi meminiſſe volens, ſic* q) *confero mecum.*
*Sic vidi. Sic audivi. Sic mente revolvi.*
*Sic egi. Vel tunc, vel ibi. Loca, Tempora, Formae,*
*Aut aliquae ſimiles notulae, mihi ſunt via certa,* r)
*Quae me ducit* s) *ad haec.* t) *Et in his intelligo ſignis.*
*Iſtud & illud erit,* u) *& imaginor illud* w) *& illud.*
*Tradit imaginibus peregrinis Tullius artem,*
*Quam* x) *meminiſſe decet.* y) *Sed ſe docet, & ſibi ſoli.*
*Subtilis ſubtile ſuum quaſi* z) *ſolus adoret.*
*Sed* a) *ſubtile meum placeat mihi. Non* b) *placet illi.*
*Cui placet huic* c) *prodeſt quaſi* d) *delectatio ſola*
*Vim memorativam validam facit, unde nec iſtis,*
*Sed neque* e) *credet* f) *nobis aliis, ſi ſint tibi duræ,*
*Si minus acceptae. Sed, ſi vis tutius ire,*
*Finge tibi notulas, quas optio mentis adoptet,* g)
*Dum* h) *te delectent,* i) *dum* k) *tu docearis in illis.*
*Sunt aliqui, qui ſcire volunt, ſed non operari*
*Hoc* l) *ſtudium, poenamque pati. Modus* m) *iſte catinus.*
*Vult piſcem,* n) *ſed non* o) *piſcari. Non* p) *loquor illis,*
*Sed ſi quos tam ſcire iuvat, quam poena ſciendi.*
*In recitante ſonent tres linguae. Prima ſit oris.*
*Altera rhetorici vultus. Et tertia geſtus.*
*Sunt in voce ſuae leges, & eas ita ſerves:*

*Clau-*

---

q) MS. I. *ita.* r) MS. III. *trita.* s) MS. II. *conducit.* t) MS. II. *hoc.* u) MS. II. III. IV. *erat.* w) MS. III. IV. *iſtud.* x) MS. III. *qua.* y) MS. III. IV. *docet.* z) MS. IV. *ſibi.* a) MS. II. III. IV. *ſi.* b) MS. II. IV. *nec.* c) MS. I. *&.* d) MS. II. III. *quia.* e) MS. II. *nec.* f) MS. I. *credo.* g) MS. I. IV. *quaſcunque dat optio mentis.* h) MS. IV. *cum.* i) MS. IV. *delectant.* k) MS. IV. *cum.* l) MS. II. III. IV. *nec.* m) MS. IV. *mos.* n) MS. II. III. *piſces.* o) MS. II. *nec vult.* p) MS. IV. *nec.*

*Clauſula dicta ſuas pauſas, & dictio ſervet*
*Accentus.* q) *Voces, quas ſenſus dividit, illas*
*Divide. Quas iungit coniunge.* r) *Domes ita vocem,*
*Vt non ſit diſcors* s) *are. Nec limite tendat*
*Vox alio, quā res intendat. Eant ſimul ambae.* t)
*Vox quaedam* u) *ſit imago rei. Res ſicut habet ſe,*
*Sic vocem recitator habe. Videamus* w) *in uno:*
*Ira genus flammae, materque furoris, ab ipſo*
*Felle trahens ortum cor &* x) *interiora venenat.*
y) *Felle cremat flamma cerebrum* z) *turbatque furore.*
*Exteriora cremat flamma, turbatque furore.*
*Exit in hac ipſa forma vox fellea, vultus*
*Accenſus,* a) *geſtus turbatus. Et interiorem*
*Exterior ſequitur motus, pariterque moventur* b)
*Vnus & alter homo. Perſonam ſi geris huius,*
*Quid recitator ages? Veros imitare furores.*
*Non* c) *tamen eſto furens, Partim movearis* c) *ut ille,*
*Non penitus. Motusque* d) *tuus ſit in omnibus idem,*
*Non tantus.* e) *Sed rem,* f) *ſicut decet, innue. Geſtum* g)
*Praeſentare* h) *potes* i) *agreſtis, & eſſe* k) *facetus.*
*Vox vocem, vultus vultum, geſtusque figuret*
*Geſtum* l) *per notulas. Haec eſt moderata* m) *venuſtas.*
*Hic modus in lingua recitante venuſtus, &* n) *auri.*
*Hic cibus eſt ſapidus. Sic ergo feratur ad aures,* *Vt*

q) MS. II. III. *accentum.* r) MS. I. III. IV. *coniunges.* s) MS. I. IV. *diſcordet.* t) MS. III. *ambo.* u) MS. I. II. IV. *Voxque quidem.* w) MS. *videatur.* x) in MS. IV. omittitur. y) MS. II. præmittit: *pugnat.* III. IV. *pungit.* z) deeſt in MS. II. III. a) MS. IV. *Succenſus.* b) MS. IV. *movetur.* c) MS. IV. *nec.* c) MS. IV. *moveris.* d) MS. IV. *geſtusque.* e) MS. II. *factum.* IV. *tacitus.* f) MS. IV. *idem.* g) MS. II. *geſtus* IV. *geſtu.* h) MS. IV. *praeſentando.* i) MS. II. *poteſt.* k) MS. II. *eſto.* l) MS. II. *geſtus.* m) MS. II. *inmoderata.* n) MS. IV. *venuſtius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

*Vt cibet auditum vox caſtigata modeſte.*
*Vultus & geſtus gemino condita ſapore*
*Vis venit a lingua. Quaſi* o) *mors & vita cohærent*
*In manibus linguae, dum forte iuvetur* p) *utroque* q)
*Vultus & geſtus moderamine. Sic ſimul ergo* r)
*Omnia concurrant, inventio* s) *commoda, ſermo*
*Concinnus,* t) *ſeries urbana, retentio firma.*
*Non plus laudis habet,* u) *ſi res* w) *recitetur* x) *inepte,*
*Quam ſine praemiſſis recitatio facta venuſte.* y)
*Iam mare transcurri,* z) *Gades in littore fixi.*
*Et mihi te portum ſtatuo, qui maxima* a) *rerum*
*Nec Deus es, nec homo, quaſi* l) *neuter es inter utrumque,*
*Quem Deus elegit ſocium. Socialiter egit*
*Tecum, partibus mundum. Sibi noluit unus*
*Omnia. Sed voluit tibi terras, & ſibi coelum.*
*Quid potuit melius? Quid maius? Cui meliori?*
*Vel cui maiori? Dico minus, imo vel aeque*
*Magno, vel ſimili. Pater ergo, vicarie Chriſti,*
*Me totum committo tibi, ſapientia* c) *cuius*
*Vt fons ſcaturiens; Rationis acumen ut ignis*
*Scintillas iaciens; Velox facundia tanquam*
*Torrens praerapide currens; & gratia mira.*
*Omne quod humanum tranſcendens dicere vellem*
*Plene, ſed res eſt longe facundior* d) *ore.*
*Imperialis apex, cui* e) *ſervit poplite flexo*
*Roma caput mundi, cuius prudentia remus*
*Totius imperii, qui plenus nectare dulci*
*Muſarum redoles* f) *conditus aromate morum;*
*De dulcore tui mellis mihi porrige partes.*
*Pace tua loquar, & paucis. Cum plurima poſſis*
*Poſſe modum ſervare velis. Memor* g) *imprime menti,*
*Quando nocere potes noli. Satis eſt nocuiſſe*
*Poſſe nocere. Nihil facias* h) *quod poſtea* i) *velles*
Non

o) MS. II, III. IV. *quia.* p) MS. II. *vivetur.* q) MS. IV. *regit utrinq.* r) MS. II. III. IV. *quod in unum.* s) MS. I. *iuvantia.* t) MS. III. *continuus.* u) MS. II, III. *habent.* w) MS. IV. *rem.* x) MS. III. *recitentur.* IV. *recitatur.* y) MS. I. II. *venuſtet.* z) MS. III. *tranſivi* a) MS. II. *maxime.* b) MS. II. III, IV. *ſed.* c) MS. II. III. IV. *prudentia.* d) MS. I. *fæcundior.* e) MS. III. *tibi.* f) MS. I. IV. *redolet.* g) MS. I. *haec.* h) MS. I. *facies.* i) MS. II, III. *poſtmodo.*

*Non fieri. Sed mens ſit* k) *cauta praeambula facti.*
*Nonne vides, ſi vera notes, in principe noſtro?*
*Nonne crucis ſervus* l) *& Chriſti miles, & enſis*
*Totius eccleſiae? Devotio talis* m) *amorem*
*Non odium, laudem non culpam, praemia poſcit*
*Non poenam. Toleres igitur. Qui caetera vincis*
*Te vinci vertique* n) *velis, regemque reverti.*
*Flos & apex cleri! Solita dulcedine ſtillant* o)
*Praedulces ex corde favi. Mihi porrige partem*
*De mellis dulcore tui. Pro principe noſtro*
*Supplico. Sum minimus. Ex maximus. Attamen eſto*
*Flexilis, & ſit ei melius* p) *ratione petentis.* q)
*Quod Papae ſcripſi* r) *munus ſpeciale libelli*
*Accipe flos regni. Primo potiaris honore*
*Huius ſecreti. Nec id* s) *unum ſume, ſed una.*
*Do tibi me totum, Guillerme,* t) *vir auree. Totus*
*Sum tuus ad votum. Cuius cor in omnibus amplum*
*Non capitur minimis,* u) *ſed ſemper anhelat in altum.*
*Nobilitas dandi, quam* w) *non novere moderni,*
*Eſt innata tibi, qui ſolus gemma datorum* x)
*Das ita, ne qua manus ſit dando latior, aut mens*
*Laetior,* y) *aut morula brevior. Tu ſolus es ille,*
*Cui Deus effudit, quicquid decet. Vtpote* z) *pectus*
*Magni conſilii, quo pectore pectora regum*
*Se fulcire ſolent ad magna* a) *negotia regni.*
*Magnus* b) *es in dando. Prudens in agendo. Modeſtus* c)
*In geſtu. Rigidus in iure. Fidelis in omni*
*Re. Semperque tuos divina praeambuli virtus* d)
*Vrget* e) *ſucceſſus, & ſemper in ardua creſcis.*
*Sed* f) *licet omnis apex tibi creſcat honoris honore,*
*Creſcere non poteris, quantum de iure mereris.*

---

k, MS. I. *ſit mens.* l) MS. II. III. *factus.* IV. *famulus.* m) MS. I *poſcit.* n) MS. I. IV. *vincique.* o) MS. II. III *ſtillent.* p) MS. I. *melius ſtet ei.* q) MS. I *potentis.* r) MS. III. *ſcripſi Papae.* s) MS. IV. *idem.* t) MS. III. IV. *Wilhelme.* u) MS. III. *nummis,* w) MS. II. *quia.* x) MS. I. *decoris.* y) MS. I. *lotior.* z) MS. I. *Vt puta.* a) MS. II. III. IV. *tractando.* b) MS. II. *Solus.* c) MS. II. *iure Fidelis.* d) MS. II. *In cunctis ſemperque tuos deus auxiliator.* e) MS. II. III. IV. *Auget.* f) MS. IV. *Et.*

36 6/1,6

AB: 36 6/1,6

VD18

ULB Halle 3
008 903 14X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12

# GALFRIDI DE VINOSALVO

# ARS POETICA

ANTE QVINGENTOS ANNOS

...DICIBVS

...FRAG-

...,

...TA

...PVBLICIS

...EYSER

...OS PROF.

...D.

...CHNORRII,

...V.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-13347609X-12